


A
40-82



~~Huato~~

~~B~~

180to - 6-5

A
40
Botany 82

Dredicatio signatur via rationibus aliorum:
S. omnes, & conciliat
quidam. Redicatio signatur via rationibus,
centi citrationibus, & signis quinque.
Hoc sime materia, & circunstans nolum
quid habemus. Accepte ratiōne Christiani letores, minitatis;
quid ergo gratia Deo reddantur immēte: quic mītūs qd.
Purissimi huius noui orbis hoc Speculum. Quid si vobis certis nos
fuerit factū aut, metrum laniam recipiēte. Et si quid nichil certi
criptū, aut qd velitas mīdas officiata aureo occūt
Christiānū pectōis admīto, & exposito vīgā cō
bēt vīxārē fera, erratum corrige. Quid si arduu
līgītūmū nōlītē p̄fētōis attīngat, atq; a rectā
ūcīmūs, & p̄dīcamūs fde) cōtē p̄r latūm vīngū
līlāmūs, & cāllāmū, & up̄cēmū illū, & p̄mū C.
decēndīlīcē credītūs Chītītū lēlūm ī fītō vīcātō rātō. 4. ♀

Ariofolles.	Attiana.	Budaeus.	Julius.	Aureo.	Cicero.	Gellius.	Iato.	Dio. A.	Apuleius.	Aclianus.	Alex.	Hann.	Heoden.	Plinius.	Plutarcius.	Petrus Bleceni.	Iulius.	Alciatus.
-------------	----------	----------	---------	--------	---------	----------	-------	---------	-----------	-----------	-------	-------	---------	----------	-------------	-----------------	---------	-----------

R 132 18

52

LEGVM PON
TIFICIARVM GRE-
gorij noni, seu Decretalium pentateu-
chus in Epitomen arte ac ordine
reuocatus, seruata quadante-
nus antiquae legislationis
maiestate & c. illa Joannaeullan
phras.

de
C.
S.

DE LA LIBRERIA
Actor Mesnartio.
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.

M. 39 C. 97 N. 8.

PARISIIS

Apud Carolam Guillard sub sole aureo,
Gulielmum Guillard sub diuæ
Barbare signo, via Iacobæa.

1555.



MS. 3051 p.
VOS MUS

EXTRAIT DU PRIVILEGE.

I est permis à Charlotte Guillard, & Guillaume Guillard, Imprimeur & Libraire de la ville & vniuersité de Paris, d'Imprimer ou faire imprimer & exposer en vente ce present liure intitulé, Legum Pontificiarum Gregorii noni, seu decretalium Pencateuchus, in epitomen arte ac ordine reuocatus seruata quodantenus antique legislationis maiestate, & phrasí Authore M. Mesnartio in senatu Parisiensi aduocato. Et sont faites inhibitions & defenses à tous Libraires & Imprimeurs & autres a qui il appartiendra de n'imprimer, ne faire imprimer, & mettre en vente en ce royaume ledict liure, ne védre autre part imprimé sans le vouloir & consentement desdictz Charlotte & Guillaume Guillard, dedans le temps & terme de six ans consecutifs, & accomplis, commençants du iour & date que ledict liure sera achevé d'imprimer, sur peine de confisca-
tion desdictz liures, & d'amende arbitraire, si come il est plus à plein contenu en l'original du privilege, sur ce donné à Paris le huitiesme iour de Inillet, l'an de grace, mil cinq cens cinquante cinq, & de nostre regne le neufiesme.

Signé. Beraux.

A M P L I S S . V I R I S L O -
D O I C O B R E Z E O M E L D E N -
si episcopo, & Stephano Brezeo
abbati Columbino Martinus
Mesnartius in senatu Pa-
risiensi aduoca-
tus. S.



V V M ego Tholosa, &
aliis utriusque iuris acad-
mias reuersus in hac urbe
patria consedisse, patres,
videremque basilicam no-
stram palatinam, & cetera
iudicium tribunalia aliud
ferè nihil sonare quam aresta & praetudicia, plurimum
curiae, edicta regia, municipales consuetudines, & for-
mulas indiciorum, ius verò scriptum secundas, immo
vix aliquas partes obtinere, saltē longè infrequenter,
ut mihi videbatur, laudari & citari: apud me cœpi
cogitare in eundam esse rationem aliquam studiorum,
qua & in strepitu forensi cum aliis versarer, & inter-
rim nullam aut minimam memoria textuum nostro-
rum iacturam facerem. Itaque nefastis diebus, & ocio-
sis ac succisiis horis cœpi mihi scribere (nihil minus
quam de publico cogitans) epitomen iuris, sen quæ
a

περιτταὶ καὶ πόλες vocat Imp. nostri au-
tem summaria. Verum ut illa quam dixi promovenda
magis ac magis confirmaretur, aut certe non immine-
retur, non eam institui viam & methodum persequi,
quam nostri summiſtare faciunt, qui iiii. lxxiiii. persequun-
tur ex ordine legum & capitum, ut primum priore
loco secundum posteriore & ita deinceps seriatim ex-
ponant. Certe fui ego de huicmodi ordine numerorum
securus & minimè curiosus, at scopus noster is unicus
fuit, ut proxima capita proximis semper coniungendo
(quod apprime iuuat memoriam) & philosophica qua-
dam methodo procedendo uno velut filo, spiritu, &
contextu perpetua ambularet oratio. Id nos cum in cæ-
teris iuris libris, tam in hac maxime decretalium Gre-
gorianarum epitome obseruauimus. In qua ut luculen-
tior, facilior, & plausibilior nobis esset nostra isthac
methodus, interdum etiam titulos aliquot quae in im-
mensum excrescere videbantur, aut disiunctam ali-
quatenus materiam continere in certas classes ac tan-
quam minores quosdam titulos digessimus, & distri-
buimus: uti factum est in titulo de Appellationibus,
de Decimi, de iure Patronatus, de Accusationibus,
& aliis quibusdam. Interdum viceversa titulos duos,
quod coniuncta esset materia, in unum velut sub iugo
coniuximus: ut titulum de Coniugio seruorum cum
titulo de natis ex libero ventre, titulum de cognatione
spirituali, cum titulo de cognatione legali. Sape &
duo capita coniuximus quæ idem omnino sonabant, ut

ταυτολογίαν vitaremus illam in qua Remundus
compilator non semel cespitaverat, dicam & peccau-
erat. Quandoque, at raro, caput unum cum precedentis
aut sequentis tituli capitibus iuxinximus: ut principium
et de pac. & paucula aliquot capita. Quod ipsum qua-
ratione & iudicio fecerimus ex ipsa lectione sola po-
terit diligens lector reprehendere. Sed nihil unquam
ad textum addidimus. Argumenta abbatis Panormi-
tani utpote fideliissimi omnium interpres quo ad fieri
potuit sequuti sumus, nisi quod, quia laconicus admo-
dum in iis erat, ac proxime obscurus, id quod eis deesse
videbatur, ex textu suppleuimus. Titulum unum eum-
que primum omnino non attigimus, tum quod tracta-
tus de summa Trinitate magis theosophorum sit quam
iureconsultorum, tum quod ea pars que in fide &
intellectu non in agendo id est, non in imperando, vetan-
do, permittendo consistit formulam legislationis pati
commodum non paterat. Ultimum autem titulum regularum
iuris cur non item methodice persequuntur simus. suo loco
breuiter adnotamus: Ceterum cum in Gregoriana
compilatione una duntaxat res esset que mihi oculos
offenderet, prout & semper offendit, respersa videlicet
multis in locis barbaries & illatinitas, existimavi a
durioribus aliquot canonicis vocibus abstinentiam, nisi
sicuti subiecta materia voces artis in alias non aequè
significantes mutari non est passa. Porro addidi mul-
tas multis in locis voces antiquas, & phrasim antiquæ
legislationis tam xij. tab. quam ceterarum Romanarum

legum, non quod hodie existimarem ita vulgo loquendū esse, sed ad demonstrādā duntaxat prīscā il-lam maiestatē, & retinendām sanctā illius antiquitatis que mīhi semper placuit imaginem ac memoriam, ita ut & antiquam orthographiā religiosissimē ex antiquis codicibus obseruauerim. Cum autem iam epistola istā v. Tabularum Gregorij noni seu Gregoria-ni pentateuchi ad umbilicum usque perduxisset, inciderunt fortè in musas meas amici aliquot docti, & in theoriā ac praxi bonisque literis exercitatisimi, qui libellum hunc nostrum memosynon eis non com-monstratum aut indicatum sed casu aliquo deprehen-sum apprehenderunt, legerunt, & si diuīs placet, commendarunt. Quid tu? (dicebat ille) hoc inuides iuuen-tati? cur non protinus publico committis? Quid? (dice-bat alter) non peccare te intelligis in literas & literatos si eos fructu isto defraudaveris? Ego contrā causari nō esse rem tanti vt lucem mereretur, me mīhi scriptisse, libellūmque mīhi duntaxat tanquam seruum à memo-ria esse, nec eum manumittere instituisse. Illi vero audi-tare mox in eum manum immittere (non dicam plagiū admittere, amicē enim faciebant) iurare mancipium non redditum iri nisi spondarem emittendum. In his (amabo) quid facias? Certè cedēdum amicis fuit p̄-fertim doctis & honoratis, libellūmque non ex meo sed ex eorum iudicio metiri necessum fuit. Itaque euulga-ni tandem seu potius euulgarunt amici utcunque à me recognitum. At quia facile suspicabar non defuturos

esse Zoilos qui dictionis nouitatem, aut verius antiquitatem, quippiam ve fortassis aliud in eo non probarent, ut diuersa sunt hominum maximè malevolorum palata, libello licentiam euolandi permisi, ea lege tamen ut sub nomine vestro tanquam duorum geniorum tutelarum exiret. Quos eo libenter coniunxi, immo necessariò coniunxi ne Castorem à Polluce viderer separasse, tanta est inter nos cum sanguinis necessitudine, ac intima & domesticā familiaritate coniuncta morum & virtutum consonantia, par erga deum religio, erga vestros pietas, erga omnes humanitas & philanthropia, praesertim cum vnius ex altero noticia mihi contigisset. Itaque non dubitavi si nauem nostram geminis istis astris Castori & Polluci consecrarem ac vocere, tūd eā ex pelago quantumvis turbato & fluctuoso in portum peruenienturā. Interim hoc quantumcumque sit tanquam arrhabonem obsequij erga vos mei benignè, ut soletis omnia, accipietis, maiora fortasse, si Christus & occasio dederint, oīm accepturi. V alete. Luteciae Parisiorum ex adib⁹ nostris Anglicis pridie idus Iulias, anno à sancte Christiana sesquimillesimo quinquagesimo quinto.

INDEX TITVLORVM

H V I V S O P E R I S.

LIBER PRIMVS.

- | | | |
|--------|---|---------|
| i. | De constitutionibus. | fo. 1. |
| ii. | De rescriptis. | 2. |
| iii. | De consuetudine. | 6. |
| iv. | De postulatione prælatorum. | 7. |
| v. | De electione & electi potestate. ibidem. | |
| vi. | De translatione episcopi. | 13. |
| vii. | De authoritate & vsu pallii. | 14. |
| viii. | De renunciatione. | ibidem. |
| ix. | De subplenda negligētia prælatorum | 16. |
| x. | De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum. | 17. |
| xi. | De scrutinio in ordine faciendo. | 18. |
| xii. | De ordinatis ab episcopo qui renunciauit episcopatui. | ibidem. |
| xiii. | De æuitate, & qualitate, & ordine præficciundorum. | 19. |
| xiv. | De sacra vñctione. | 20. |
| xv. | De sacramentis non iterandis. | 21. |
| xvi. | De filiis presbyterorum ordinandis vel non. | ibidem. |
| xvii. | De seruis non ordinandis. | 22. |
| xviii. | De obligatis ad ratiocinia ordinan. vel non. | 23. |
| xix. | De corpore vitiatis ordinandis vel non. | ibidem. |
| xx. | De digamis non ordinandis. | 24. |

xxi.	De clericis peregrinis.	25.
xxii.	De officio Archidiaconi.	ibidem.
xxiii.	De officio Archipresbyteri.	26.
xxiv.	De officio primicerii.	27.
xxv.	De officio sacrifæ.	ibidem.
xxvi.	De officio custodis.	28.
xxvii.	De officio vicarii.	ibidem.
xxviii.	De officio & potestate iudicis delegati.	ibidem.
xxix.	De officio legati.	34.
xxx.	De officio iudicis ordinarii.	35.
xxxi.	De officio iudicis.	38.
xxxii.	De maiestate & obedientia.	ibidem.
xxxiii.	De induciis & pace.	40.
xxxiv.	De pactis.	ibidem.
xxxv.	De transactionibus.	41.
xxxvi.	De postulando.	42.
xxxvii.	De procuratoribus.	ibidem.
xxxviii.	De syndico.	44.
xxxix.	De his quæ vimetūsve causa fiunt.	ibidem.
xl.	De integrum restitutione.	ibidem.
xli.	De alienatione iudicij mutandi causa facta.	46
xlii.	De arbitris.	ibidem.

L I B R I I .

i.	De iudiciis	48.
ii.	De foro competenti.	50.
iii.	De libelli oblatione.	52.
iv.	De mutuis petitionibus.	ibidem.
v.	De litis contestatione.	53.

vi.	Vt lite non contestata non procedatur ad testium receptionem vel ad senten. diffinitiuam.	ibidem.
vii.	De iuramento calumniæ.	54.
viii.	De dilationibus.	55.
ix.	De feriis.	56.
x.	De ordine cognitionum.	57.
xi.	De plus petitionibus.	ibidem.
xii.	De causa possessionis, & proprietatis.	58.
xiii.	De restitutione spoliatorum.	ibidem.
xiv.	De dolo & contumacia.	61.
xv.	De eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.	62.
xvi.	Vt lite pendente nihil innouetur.	63.
xvii.	De sequestratione possessionum & fru- ctuum.	ibidem.
xviii.	De confessis.	64.
xix.	De probationibus.	ibidem.
xx.	De testibus & antestationibus.	66.
xxi.	De testibus cogundis vel non,	71.
xxii.	De fide instrumentorum.	72.
xxiii.	De præsumptionibus.	74.
xxiv.	De iureiurando.	75.
xxv.	De exceptionibus.	79.
xxvi.	De præscriptionibus.	80.
xxvii.	De sententia & re iudicata.	82.
xxviii.	De adpellationibus, recusationibus, & re- lationibus.	84.
xxix.	De clericis peregrinantibus.	91.
xxx.	De confirmatione vtili vel inutili.	92.

L I B E R . I I I .

- | | | |
|--------|---|---------|
| i. | De vita & honestate clericorum. | 93. |
| ii. | De cohabitatione clericorum & mulie-
rum. | 95. |
| iii. | De clericis coniugatis. | 96. |
| iv. | De clericis non residentibus in ecclesia
vel præbendo. | 97. |
| v. | De præbendis & dignitatibus. | 98. |
| vi. | De clero egrotate vel debilitato. | 103. |
| vii. | De institutionibus. | ibidem. |
| viii. | De concessione præbendi & ecclesiæ
non vacantis. | 104. |
| ix. | Ne sede vacante aliquid innouetur. | 106. |
| x. | De his quæ fiunt à prælato sine con-
sensu capitulo. | ibidem. |
| xi. | De his quæ fiunt à maiore parte capi-
tuli. | 107. |
| xii. | Vt ecclesiastica beneficia sine deminu-
tione conferantur. | 108. |
| xiii. | De rebus ecclesiæ alienandis vel non.
ibidem. | |
| xiv. | De precariis. | 109. |
| xv. | De commodato. | 110. |
| xvi. | De deposito. | ibidem. |
| xvii. | De emptione & venditione. | ibidem. |
| xviii. | De locato & conducto. | 111. |
| xix. | De rerum permutatione. | 112. |
| xx. | De feudis. | 113. |
| xxi. | De pignoribus. | ibidem. |
| xxii. | De fideiussoribus. | 114. |
| xxiii. | De solutionibus. | 115. |

- xxiiii. De Donationibus. 115.
xxv. De peculio clericorum. ibidem.
xxvi. De testamentis & vltimis voluntati-
bus. 117.
xxvii. De successionibus ab intestato. 120.
xxviii. De sepulturis. ibidem.
xxix. De parochiis & alienis parochianis.
122.
xxx. De decumis, primitiis, & oblationi-
bus. 123.
xxxi. De regularibus & transcuntibus ad re-
ligionem. 126.
xxxii. De conuorsione coniugaterum. 129.
xxxiii. De conuorsione infidelium. 132.
xxxiv. De voto & voti redēptione. ibidem.
xxxv. De statu monachorum, & canonicorū
regularium. 134.
xxxvi. De religiosis domibus, vt episcopo
sient subiectæ. 138.
xxxvii. De capellis monachorum. 139.
xxxviii. De iure patronatus. ibidem.
xxxix. De censibus, exactiōibus, & procura-
tionibus. 143.
xl. De consecratione ecclesiæ vel altaris.
147.
xli. De celebratione missarum, & sacramē-
to Eucharistiæ, & diuinis officiis. ibid.
xlii. De baptismo & eius effectu. 149.
xliii. De presbytero non baptisato. 150.
xliiii. De custodia Eucharistiæ, Chrismatis,
& aliorum Sacramentorum. ibidem.
xlv. De reliquiis, & veneratiōe fāctorū. 151

- xlvi. De obseruatione ieiuniorum. ibid.
xlvii. De purificatione post partum. 152.
xlviii. De ecclesiis edificandis, vel reparandis.
ibidem.
xlix. De immunitate ecclesiarū, cœmeterii,
& rerum ad eas pertinentium. 153.
L. Ne clerici, vel monachi secularibus ne-
gociis se immisceant. 154.

L I B E R Q U A R T V S.

- i. De sponsalibus & matrimoniis. 156.
ii. De desponsatione impuberum. 159.
iii. De clandestina desponsatione. 160.
iv. De sponsa duorum. ibidem.
v. De conditionibus adpositis in despon-
satione, vel in aliis contractibus. 161.
vi. Qui clerici vel vouentes matrimonium
contrahere possunt. ibidem.
vii. De eo qui duxit in matrimonium quā
polluit per adulterium. 162.
viii. De coniugio leprosorum. 163.
ix. & x. De coniugio seruorum, & natis ex libe-
ro ventre. ibid.
xi. & xii. De cognatione spirituali, & legali. ibid.
xiii. De eo qui cognovit consanguineā vxo-
ris sue, vel sponsæ. 164.
xviii. De consanguinitate & adfinitate. 165.
xv. De frigidis, & maleſiciatis, & impoten-
tia coēundi. ibidem.
xvi. De matrimonio contracto contra in-
terdictum ecclesiæ. 166.


- xvii. Qui filii sient legitimi. ibidem.
 xviii. Qui matrimoniu adcusare possunt, vel
contra illud testificari. 167.
 xix. De diuortiis. 168.
 xx. De donationibus inter virum & vxo-
rem. ibidem.
 xxi. De secundis nubtiis. 169.

L I B E R Q V I N T V S.

- i. De adcsutionibus, anquisitionibus, &
denunciationibus. 170.
 ii. De calumniatoribus. 172.
 iii. De Simonia. ibidem.
 iv. Ne prælati vices suas, vel ecclesiæ sub
annuo censu concedant. 176.
 v. De magistris, & ne aliquid exigatur pro
licentia docendi. ibidem.
 vi. De Iudæis, Sarracenis, & eorum seruis.
177.
 vii. De hæreticis. 178.
 viii. De Schismaticis, & ordinatis ab eis.
181.
 ix. De Apostatis & reiterantibus Baptif-
ma. ibidem.
 x. De iis qui filios occiderunt. ibidem.
 xi. De infantibus, & languidis expositis.
182.
 xii. De homicidio voluntario, vel casuali.
ibidem.
 xiii. De Torniaminibus. 184.
 xiv. De clericis pugnantibus in duello. ibi.

xv.	De sagittariis.	ibidem.
xvi.	De adulteriis, & stupro.	ibid.
xvii.	De raptoribus.	185.
xviii.	De furtis.	186.
xix.	De usuris.	ibidem.
xx.	De crimine falsi.	188.
xxi.	De sortilegiis.	189.
xxii.	De conlusione detegunda.	ibid.
xxiii.	De delictis puerorum.	ibidem.
xxiv.	De clero venatore.	ibidem.
xxv.	De clero percussore.	ibidem.
xxvi.	De maledicis.	190.
xxvii.	De clero excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante.	ibidem.
xxviii.	De clero non ordinato ministrante.	
		191.
xxix.	De clero per saltum promoto.	ibid.
xxx.	De eo qui ordinē furtive suscepit.	ibi.
xxxi.	De excessibus prælatorum & subditorum.	ibidem.
xxxii.	De noui operis nunciatione.	193.
xxxiii.	De priuilegiis, & excessibus priuilegiantorum.	ibidem.
xxxiv.	De purgatione canonica.	196.
xxxv.	De purgatione volgari.	197.
xxxvi.	De iniuriis & damno dato.	ibidem.
xxxvii.	De Poenit.	198.
xxxviii.	De poenitentiis, & remissionibus.	199.
xxxix.	De sententia excommunicationis.	200.
xl.	De verborum significatione.	206.
xli.	De regulis iuris.	209.

INDICIS FINIS.



LEGVM PONTIFICIA-
RVM GREGORII NONI,

SEV DECRETALIVM PENTA-
teuchus in epitomen arte ac ordine
reuoatus, seruata quad antenus
antiquæ legislationis maie-
state, & phras.

Txtus propriata De IudicibVs,

SEV LIBER PRIMVS.

De Constitutionibus. Tit. I.



ANONVM statuta ab omnibus Cap. 1. custodiūtor, omnēisq; in actio- Canonum
nibus, & iudiciis ecclesiasticis
eorum authoritate, nō suo sen-
su ducuntor.

Nec quæ sibi faciundc. 5. Ne in-
da videntur, quisque, sed scita patrum sequitor. nitaris.

Omneis à sancta sede apo. emanatis constitu- c. 13. Quo
tionibus parente obediunto. In his nihil ambi- niam.
guum obscurūm ve esto. Ad præterita facta, ni
expressim id cauerint, ne trahuntor.

Præterita enim, colpa cum careant, per statuta c. 2. Co-
posteriora dispendium ne patiuntor, néve igno- gnoscētes.
rantes & non vetiti iis tenentor.

Hec cum vnum malum damnassint prohibes. c. 4 Nam
sint, & omnia quæ ex eo sequuntur prohibuisse: concupi-

Item coniunctarum in eadem persona rerum, scentiam.
et si de altera tantum dixerit, ad alteram tamen c. 3 Trāf-
lato;

A



De Constitutionibus.

etiam pertinere voluisse, intelleguntur.

c.7. Quæ
in ecclesiā
rum.

Laici sine legitimo ecclesiasticarum persona-
rum ad sensu de rebus aut iure ecclesiæ ne quid
sciscunto constituunt.

c.10. Ec-
clesia.

Quod ipsi quantumvis religiosi motu proprio
super ecclesiis ecclesiasticisve personis statue-
rint, etiam si earum fauorem aut commodum
spectabit, ni ecclesia ratum gratum habeat, si-
ne autoritate esto.

c.11. Ex-
teris.

Vniuersitati academicæ de rebus suis statuere,
& contumacibus primū secundū & tertium
commonitis pœnam inrogare permisum esto.
Ea tamen iuxta iuris & Pontificii & R.o. eccl-
esiæ formam non perpetuò imposta intellegi-
tor, nec satisfaciens & parere curans restitutio-
ne excluditor.

c.12. Ex-
parte.

Capitulo quoque licet idem licet, præben-
dorum tamen numerum singulis ipsius personis
ad signatorum, non deminutis ecclesiæ faculta-
tibus, tollere ne valeto, nec si confirmatio R.o.
Archiflaminis adcesserit, quominus, si quæ po-
stea vacauerint, personis idoneis conferantur, id
impedimento esto.

c.8. Cum
adcesserit

Sublato verò personatu, de rebus eidem prius
attributis si quid canonici communiter statue-
rint, & illa inter se hercuerint: id authoritate
sed. apo. confirmari procuranto. quod si perso-
natus eorum voluntate postea fuerit restitutus:
fructus quoque alias ipsi attributos reddere
coguntur.

c.9. C. M

Eodemque modo licet præbendorum nume-
rum, adcedente sedis apo. munimine contraxint

ut quod tunc vel postea excurret, cōmuni mēnsē deputetur: si tamen plureis, aut ad vnum præbendum, aut in canonicos postea voluntariē re-cep̄sint: his sic receptis fruct⁹ qui sup̄erexcreuerint vsque ad æqualem aliorum præbendorum valorem adsignanto, nec, si sine pr̄iudicio con-stitutionis suā recep̄isse se aiant, id ollis prode-sto. In constitutionibus huiusmodi earūmque confirmationibus sup̄erexrementi casus exce-ptus esto vel intellegitor.

In adoptandorum damnum, contra consuetu-dinem ecclesiæ, singularibus personis quæ iam in ipso sunt reseruato consuetudinis priuilegio, conlegium nil statuito. Si secus faxit: postea ve-niētum deteriorem causam ne facito. vel enim consuetudinem seruāto, vel in æquale omnibus statuunto.

De Rescritbis. Tit. 2.

Rescrita quoq; apostolica vim legis haben-to. In his hæc posita sunt.

Ea is cui diriguntur, negoci, quo de scribitur, ^{5. Si quan-} qualitate pensata, adimplete, vel, si quid durius ^{do.} continent, cur adimplerier haud possient, ratio-nabilem summo Pont. causam prætendito.

Quæ præcisa fuerint, suspecta habeto. Ea sub ^{2. Ex par-} hac cōditione, **S I P R E C E S V E R I T A T E t e.** N I T A N T V R, data esse accipiuntor. Impetra-tem verò, si iusta causa esse videbitur, & verita-tem tacuesse cōuincitur, cum ip̄sis literis, ut fal-si suspectum ad Pont. remittito, amandato.

Generaliter autē literarum tacita veritate, vel ^{20. Super} literis.

De Rescriptis

suggesta falsitate impetratarū, si quidē per fraudem & maliciam id actum esse iudex comperebit, impetrator cōmodo careto. Iudex de causa ne cognoscito. Ea si fuerit huiusmodi, qua intellecta nihilominus R.o.Pontifex literas saltem in forma communi duisset: iudex secundūm iuris ordinem procedito, formam in ipsiſliteris ad portatam ne spectato. Alias cognitionem suam ne interponito.

26. *Dilectus. q.* Nec enim qui se restitui mandari obtainuerit in aliqua, nisi & à quo amotus fiet, & quid ipsius occasione sequutum fuerit (si fortè excommunicatus fuit) expreſſerit, restituitor.

21. *Ad audiētiā* Denique literæ sine vitio sunt. Vnde si mani festum continēt in syntaxi peccatum, iis ne creditor.

8. *Ad aures.* Sed & personatum vel dignitatem habentes, literas inquietudinis super minoribus beneficiis adiutorum pauperes clericos, dignitatis suæ nomine subpresso, obtainētes effectu literarum carrento.

27. *Post laſti.* Item cui de vicariæ perpetuæ prouentibus competēter prouisum est, si, cum sibi quasi pauperi clero, & nullum beneficium indepto in forma communi prouideri mādarier obtinebit, de ea mentionē non faxit, inutileis literę funto.

42 *Si proponente.* Sic & si minus competens beneficium obtinebat, si quasi nullum adhuc beneficium adsequitus literas impetrat: nihil ob fraudem literis iuuator.

17. *Cum adeo.* Et qui sufficiens in vna ecclesia præbendum adeptus est, si pro sua receptione in alia literas

impetrarit haud facta præbendi mentione: olli
inutilis literæ sunto. Si se clericum non dixerit:
idem esto.

Quod si literis super prouisione sua in eccl-^{31. Ad}
sia obtentis, earum beneficio renunciando, pen-^{audientiā}
sionem annuam, vel aliud beneficium recepsit:
postiores literæ ab eodem super prouisione
sua obtentæ, si de prioribus literis mentionem
non faciant, nullæ habentor.

Immo (quod maius est) diuersis literis ad di-^{32. In no-}
uersas ecclesias obtentis, aliarum in alteris non
facta mentione, posteaquam in vna ecclesia re-
ceptus fuerit, quanquam nec dum in ipsa bene-
ficiū adsequutus sit, aliam ecclesiam super re-
ceptione sua ne inquietato.

Præterea prouisionis huiusmodi literis, s i ^{33. Man-}
PRO ALIO NON SCRIBSIMVS QVI ^{datum,}
SIMILEM GRATIAM PROSEQVA-
TVR, cum non intendat Pont. ecclesiam in
duoru receptione grauare: alio per literas apo-
stolicas in ipsa ecclesia beneficium obtainente,
qui mandatum accepit impunè ne pareto.

Nec, si loci diceces anus, vt in dicecesi sua, vbi ^{40. Ab}
pro alio scribtum nō sit, alicui faciat prouideri, ^{batem.}
prouidendi etiam ipsi facultate concessa, man-
datum acceperit: prælatum subiectæ sibi ec-
clesiæ, qui iam mandatum pro alio recepsit,
cogito.

Literis tamen aliarum monitoriarum à præ-^{39. Literis}
cessore summo Pont. impetratarum exequuto-
riis grauata ecclesia ne intellegitor. Idcirco eis
pareto.

De rescriptis.

37. *Ex insinuatio-* Exequitorias monitoriae præcedunto. Monitoriarum, cum nullas habuerit, sed præceptorias tantum, si quis in exequotoriis mentionem facit: literæ nullas vires obtinento.

19. *Constitutus.* Ex post monitorias ad aliquod capitulum impetrare, ni facti statuti & iureiurando confirmati super certo canonicorum numero mentionem fecerint: impetrans summum Pont. circumue nisse creditor.

30. *Capi-* Duorum madatorum & literarum præceptoriarum, post monitorias à duobus impetratarum super prouisione præbendalis beneficii in eadē ecclesia, exequotoriis literis ad diuersos impetratis, qui prior ad capitulo mandatum apostolicum reportauit, ei præbendale beneficium adsignator, isque in fratre & canonicum recipitor.

7. *Eante.* Ecclesiæ seu capitulo si quid ita mandatum præceptumve fueritis qui, cum scriberetur, de ipso erat, et si postea solus exequundi mandati potestatem fuerit adeptus, implere cogitor.

Nunc de rescriptis ad lites tractator.

10. *Ad haec.* Itaque rescripto apostolico ne vnius omnia negotia vni pluribusve quos ipse elegerit committuntor. taleis literæ viribus carente, & litigatores examen iudicis ordinarii requirunto.

14. *Pastoralis.* Certis in rescripto causis & personis expressis, si generalis clausula de quibusdam aliis causis & personis additur: ante causarum & personarum expressionem delegatus iurisdictionem ne exerceto. Ex verò causæ vel personæ si specialiter vel posterioribus literis, etiam de prioribus illis mentionem non facientibus, commissæ sient: ad

posteriores iudices pertinentio.

Ea autem clausula nec digniores personæ, ^{15. Sedes.}
nec maiores, nec grauiora negocia expressis, nec
effrænata multitudo comprehenditor. Si maio-
res personas, aut grauiora negocia dolosè, & non
vt cum eis experiretur, expressit impecrator; do-
lo nihil iuuator.

Sed et si contra episcopum & alios dicæcisis ^{15. Rodul-}
eius homines impecratæ sunt: aduorsus ciuitatis ^{phus.}
eius homines ne valento.

Insuper ii tantum, in quos impecranti compe- ^{36. Signifi-}
tebat actio cū literæ datæ sunt, respōdere cogū-
tor. Hæredes corū, si ante deceſſint, quām in ius
cierentur, earum authoritate ne conueniuntor.

Atq; adeo qui ex altera dicæcisi est, quām esse; ^{4. Signi-}
dicatur is aduorsus quem literæ impecratæ dicū-
tur, et si eodem nomine cenſetur, ne adpellator.

Nemo enim eiusdem nominis occasione lite- ^{41. Quia-}
ris apo. abutitor, sed nec eas ad lites, quæ impe- ^{nōnulli.}
trationis literarum tempore non erant, trahito,
nec super eodem negocio plureis iudices impe-
trato. Item super pluribus actionibus personali-
bus nemo ad diuersos iudices, nec loca diuersa
trahitor. qui traxit, iactura literarum, expensarū
ac damnorum datorum incōmodo mulctator.

Super eodem verò negocio si quis plureis iu- ^{16. Ex te-}
dices dolo fraude impecrat: ni priorum in poste- ^{nore.}
rioribus fit mentio, vtrarumque literarum com-
modo careto.

Literæ si contra abbates impecratæ sunt, etiam ^{21. Edi-}
nulla de ipsorum conuentu habita mētione: ipsi ^{ceri.}
super causis ad ipsos & eorum conuentum per-

De rescriptis.

tinentibus respondere, & congregationum suarum negotia procurare (nisi ipsorum & cōuentus omnino distincta erunt negotia) coguntor.

6. Cum or dinem. Literæ si super speciali & priuilegiaria re ob- tētæ sient: persona vel ordo cui priuilegium est, eius mentione non facta respondere ne cogitor.

28. Non nulli. Sed & vltra duas dietas (nisi literis communi partium adsensu, aut concilij generalis mentio ne facta impetratis) nemo trahitor. Nemo lites inter alios vel nouas effingito, vel veteres susci tato. Si quis id faxit: ni ex iis personis erit, à quibus de iure mandatum non exigitur, falsi dam nas esto.

33. Ex parte decani. Itidem qui procurator fuit, domini reuocatiōne accepta literas ne impetrato. Causa tamen si post litem cum procuratore cōtestatam etiam ita commissa fuerit, vt non obstante literæ præter adsensem partium impetratae: quamuis à re uocato procuratore impetratae sint, si tamen re uocatio ad noticiam partis & iudicis non peruenit, eorum iudicium cognitio esto. Si posterioribus per alterius partium procuratorem reuocatum, cum id sciret, impetratis, sub conditione, SI DE PARTIVM VOLVNTATE PRO CESSERIT, causa termināda committitur: nihilominus prioris mandati formam seruant.

3. Ceterū. Si eiusdem causæ cognitio diuersis rescriptis pluribus committitur, & priorum in secundis mentio habeatur: causa à priorum iudicium iudicio exempta esto, alioquin priores literæ valēto. Datis verò communi partium adsensu pri mū iudicibus, si pars altera eo tacito eiusdem

causæ iudices impetrat: etiam parti in expensis
condemnator.

A duorsus autem eum, qui prior literas im- 23. *Plerūque.*
petravit, si intra annum postquam iudicūm *quaer.*
copiam habuerit, illis vti dolo vel neglegentia
postposuerit, posterius impetratarum litera-
rum, et si de illis mentionem nō faciant, autho-
ritas rata esto.

Itaque nisi delegati iudicis copiam non ha- 9. *Si autē.*
buisse se allegauerit: exceptione priorum litera-
rum ne vtitor.

Item adpellante adpellationem suam nō pro- 12. *Ex parte S.*
sequente, is cuius interest si iudices adpellatio-
nis causæ obtinet: olli priores adpellatis literæ,
quas adpellationis non facta mentione obtinue-
rit, & quæsis dolo vel neglegentia vti postposue-
rit, et si de illis in posterioribus mentio non fiat,
ne obsunto. Ipsi adpellans in necessariis expen-
sis condemnator.

Quid si rescripto speciali adpella. remota 1. *Sicut*
causa commissa est? Adpellanti certè, etiam cui *Romsana.*
generaliter indulustum sit, ut ipsi liberè liceat ad-
pellare, iudices ne deferunto.

Sin simpliciter commissa erit, & contra prio- 29. *Dilectus sij.*
res literas exceptio legitima proposita est, & ob
eam reiectam adpellatione interiecta, eius cau-
ſe ab adpellante iudices obtenti sunt: priores iu-
dices causæ supersedento, adpellantis iudices, ad
quos cognitio pertineat, cognoscunto.

Nam & iudex, cui iniuriam ab ipso inlatam, si 41. *Ab ex-*
quam faxit, conrigere mandatur, de facto suo, *communi-*
cato. de quo certior esse debet, ne cognoscito, illorū,

De Rescribtis.

qui eo non parente exequutores dati sunt, cognitio esto.

14. *Pastoralis. in prin.* Porrò cum de reuocatione literarum quæretur, dati per eas iudices alii aliis honestè deferūto, vel simul vtrique cognoscunto. Ni simul cōcordant: et si plureis sunt ex una parte, arbitris à partibus elegundis lis committitor.

24. *Cum contingat* Dum autem contentio huiusmodi accidit, si diuersa ab ipsis decreta ordinario loci mandata fient: is prius receptum mandatum sibi directū, ni de ea contentionē ante sit admonitus, exequitor. secundo postea mandato recepto, literarum apostolicarum vtrisque directarum copiam petit & obtinet. Quæ ex illis reuocatæ sint, perspicito. potestatem tantum aut iudicis authoritatem inter iudices aut partes ne sumito. Cum perspexit, posterius, si per literas eorum à quibus emanauit euidenter prius reuocabitur, exequitor. ni manifestè prius sit reuocatum, secundum ne exequitor. si dubium sit: dum concertatio iudicium sopiaatur, exspectato. Primo mādato recepto, si contentionis inter iudices, antequā exequatur, certior factus siet: idem facito.

13. *Sciens. status.* Si plureis iudices ita commissi fuerint, vt si duo aut plureis exequi mandatum nequieverint, unus nihilominus exequatur: siue iure, siue necessario & incutibili facto cæteri impediantur, unus exequitor. si tantū noluerint (nisi eo quoque casu permissum siet) non idem vni liceto. Necessarii impedimenti coniudices vel exequutores inuicem certiores fiunto.

22. *Cum dilecta.* Quicunque autem ex rescripto apo. de causa

cognoscēt, iuris ordinem seruāto. In eo quod principaliter mandatur mādati formam exactē custodiunto. Contrā si quid adtētatum s̄iet: inritum esto.

Si quid tamen in rescripto non recto iuris or-^{18. Cau-}
dine dispositum erit: clausulam, quibus locis de ^{sam que} iure oportet, ibi intellegunto.

Cognitionis clausula, s̄I E S T I T A, ad omnia 25. Olim.
superiora refertor. Nec si abiudicationis cuius rei causæ proxuma s̄iet, ad eam tantū pertinēto, nec ob id iudex rem parti, ni & de suo iure quoque doceat, maxime ecclesiam non conlata- tam, adiudicato.

Sanè si plura sub disiunctione cognoscunda 4. Inter
mandantur: de quo cunque altero iudici consti- ceteras.
terit, mandatum exequitor.

De consuetudine. Tit. 3.

Consuetudinis usūisque longæui authoritas ^{11. Cum tā}
ne contemnitor. iuri tamen positiuo, nisi rationabilis, & legitimo tempore præscripta s̄iet,
ne preiudicato. Contra ius naturale, cuius trans-
gressio periculum salutis inducit, nullo tempo-
ris spatio firmator.

Sed & neruum ecclesiasticæ disciplinæ si dis-^{5. Cū in-}
rumpat: in ritator.

Vnde nec consuetudine temporalis pœna de-^{10. Ex par-}
litorum tollitor.

Ea enim si canonicis obuiat institutis, nullius ^{3. Ad au-}
momenti esto.

Itaque simplex sacerdos ecclesiastica sacra-^{4. Q uan-}
^{to.}

De consuetudine.

menta, quorum conlatio superiori tantum commissa est, consuetudinis praetextu conferre ne valeto, nec illa necessitate, quae superioris copiam adimat, excusator.

1. *Confus-tudines.* Item si grauamen ecclesiis inducit: pontificis consideratione remittitor.

2. *Ex lice-s.* Eisdem ecclesiis & aliis religiosis locis si quid pię cōfertur, conlatumve est: inreuocabile esto. si qua forma circa id quibus in locis ex cōsuetudine seruatur: id signum non tā factae donationis, quām traditae possessionis argumentū esto.

7. *Cum re-nerabilis.* Quinimo consuetudinis obtentu, cōtra sacros canones, nemo commissam sibi ecclesiam relinquare, vel ad aliam transire, sine superiorum, queis ecclesiæ subsunt, licentia permittitor.

9. *Cum cō-suetudinis.* Porro capitulum, sine episcopi sui consensu, neq; veteres constitutiones, neq; adprobatas cōsuetudines tollito, antiquato: nouas ne īducito.

8. *Cum di-letus.* Constitutionum autem & legum consuetudo interpres esto. Si quid constitutionis obtentu iuri communi praejudicantis introduxit: id nihilominus seruator. alioquin quoad eius fieri potest, statuta specialia, vt nec iuri communi pro aliis stanti, nec eorum priuilegio praejudicent, accipiuntor.

6. *Cū olim.* Quod si qua in re de nouo vno in loco constituta, consuetudinem aliorum eiusdem patriæ locorum sequi iubemur: si ea pluribus eiusdem patriæ locis diuersa est, quod rationabilibus & adprobatis cōsuetudinibus ipsius loci saluis, sine praejudicio alieno obtineri potest, id demum seruator, res ita temperator.

De postulatione prælatorum. Tit. 4.

DEinceptis ecclesiarum prælati rectores & pastores constituantur.

Vacantis ecclesiæ clerici, cum iis qui vocem ^{3. Bonae r.} in electione habent, per electionem, postulationem, seu nominationem canonicam, in persona idoneam conueniunto. Si qua persona vñani miter postulatur: eam (nisi melior ratio suasit) gratiosè superior admittito. Sin diuisio & contradic̄tio intercessit: postulationem ne recipito.

Si tamen in vna personam etiam diuersis temporibus conuenerint: id ratum esto. postulantiū ^{4. Bonae q.} literis & subscriptionibus propriis cōsensuſ per communeis nuncios ad Ro. pont. mittitor. Ea postulatio Romano pont. si fuerit presentata: postulantes ab ea ne recedunto.

Cum itaque vnanimiter de persona postulanda cōuenerint, personas idoneas ad se. apo. mitto. Eæ super iis quę opportuna fuerint certiorem Ro. Pont. reddunto.

Porrò alteri ecclesiæ præpositum cum elegere ^{6. Et si.} non licet, postulare liceto.

Eum autem, qui in sanctam Ro. ecclesiam ^{1. Ad h. e. g.} inobediens fuerit, & interdictum ab ea legitimè promulgatum spreuerit, violarit, ne qui postulanto. Si postulat: potestate, qua sunt abusi, priuantor. Sin ollis Ro. pont. gratiam faxit: ad electionem postulationemve canonicam iterum procedunto.

Quorum tamen postulatio cassata, circunducta fuerit, ipsis benigniter ecclesię prouiden-

^{2. Gratia.}

De electione, & ele. po.

di concessa potestate: si eam innouare conatur,
etiam elegendi priuilegium amittunto. aliis, li-
cet paucioribus, postulandi vel elegendi licen-
tia esto.

De electione & electi potestate. Tit. 5.

1. *Nullus.* **Q**VA in ecclesia duūm triūmve congrega-
tio fuerit, eam presbyter, aliter quam
eorum canonica electione ne indipiscitor, alio-
quin expellitor.

28. *Quod sicut in priu.* Ad electionem autem sic pertinet. Qui
sunt in ecclesia clerici, in ipsa cathedrali eccl-
esi, si fieri potest, conueniunto.

35. *Coram.* Et qui in prouincia sunt calantor, vocantor.

55. *In gene si.* In regno Franciæ regnum ipsum ex consue-
tudine vna prouincia habetur.

18. *Cum inter.* Qui verò ita remoti erunt, ut calari non de-
beant, aut vacationis ecclesiæ certiores facti
sunt, nec expectantor.

36. *Bona ij.* Et qui calari debebunt, ante mortem eius cui
successor quærendus est ne calantor.

42. *Quia propter Illud autē.* Quod si qui iusto impedimentoo detenti ve-
nire non potuerint: vnum de conlegio procura-
torem constituere permittuntur. de impedimē-
to iureirando fidem faciunto.

28. *Quod sicut in virin.* Contemptis qui interesse debent (ni postea
consenserint) electio irritator, infirmator, alio-
quin conualescito. Qui calati sunt, aut sine pe-
riculo calari non potuerint, etsi vel noluerint
vel nequiverint interessé, contempti ne dicun-
tor.

Quicquid sit, vltra treis menses cathedralis re- 41. Ne
gularisve ecclesia prælato ne carento. Intra hos ^{pro defe-}
iusto cessante impedimento ni fiat electio : ele-
ctores ea vice elegundi potestate priuati sunt.
hæc ad eum, qui proxumò præst, deuoluitur.
Is de persona ipsius ecclesiæ, si qua est idonea,
sin minùs de alia ecclesiæ prouideto.

Quod si qui sine superioris licentia elegere 60. His
prohibiti sunt: id tempus ipsis, ex quo in mora ^{quiibus.}
fuerint licentiam petendi, currito.

Qui ex vna ecclesia ad aliam translatus est 47. Con-
monachus, is in prælati reliqtæ ecclesiæ ele-
ctione, et si id, cum transferretur, ex abbatis
& conuentus consensu recepsit, vocem ne ha-
beto.

Nec laici quid in pontificis electione presu- 56. Mag-
munto, nec usurpata consuetudine iuuantor. ^{sana.}

Nec si patronus ecclesiæ est, & super eo trans- 51. Sacro-
egisse dicetur ut elegat, transactione iuuator. ^{sanccta.}
Is, cui subest ecclesia, eam nihilominus liberè
ordinato. Patrono tantum, vt, si velit, suum
honestum impertiatur adsensem, denuncia-
tor.

At si alterius ecclesiæ clerici ius elegandi pre- 50. Cum a
tendunt: cum protestatione admittuntor. ^{na.}

Sic ergo presentibus omnibus, qui debent, 42. Quia
volunt, & possunt commodè interesse, ad ele- ^{propter, in}
ctionem progreditor. ^{prin.}

Electores vnum in locum coëunto, spiritus 14. Cum
sancti gratiam inuocanto. ^{terra.}

Et siquidem communis omnium quasi per 42. Quia
inspirationem cōsensus interuenerit: bene esto. ^{propter, in}
^{prin. &} ^{Beatus.}

De electione, & ele. po.

ea vera electio censetur. Sin vota anquiri oportet: treis de conlegio fide digni adsumuntur. Hi secretò, & singillatim cunctorum vota diligenter exquirunto. ea in scriptis redigunt. mox in communi, idque solenniter, non in furuo publicanto. quin publicentur, adpellatione ne retardator.

58. *Pu-*
blicato. Scrutinium cum publicassint, vota conferunto, deinde elegunto. nihil varianto. ni elegant, per superiorem coguntur.

42. *Quia* In summa: votis conlatis, in quem maior &
propter. in senior pars capituli consensit, is elegitor.
prin.

50. *Cum* Ni votorum conlatio in communi facta siet,
na. electores elegundi potestate priuantur.

46. *Cum* Electio autem post consensuum publicatio-
post. nem, & conlationis tractatum nullo modo pro-
trahitor, dissinditor.

14. *Cum* Quod si quid in nominata persona, vel electio
terra. nis modo peccatum est: tandem in electione dilig-
gentiam anquisitionis, donec vacati ecclesiæ de
persona idonea prouiderint, adponuto. Elegun-
dæ personæ, vel irritandæ electionis facultas
nec ex consuetudine penes vnum esto. Electio-
ni tamen factæ vt consentiat, honestus alicuius
adsensus requiri ne prohibetur.

28. *Quod* Nec si rex sit, simplex ei nominatio, sed ele-
sicut. ctio præsentator.

52. *Cū in* Si qui tamen cum aliquorum consilio elegere
veteri. à summo pont. iussi sunt: in ipso electionis tra-
ctatu consilium requirunto. Cum requisierint,
respōsum exspectāto. Etsi post requisierint, aut
respōsum nō exspectassint: electio inualida esto.
Plurium

Plurimum autem vota, ea duntaxat, quæ ad maiorem capituli partem peruerent, valento.

Alioquin electio anquisitis singulorum voluntatibus ex minoris partis adsensu facta nulla esto. ea, nec si post alii consensint, ita ut major pars siet, confirmator.

Ni senior quoque pars sit, minori parti idoneam personam elegere liceto. vnde si à maiori parte electus electionis tempore in scientia vel ætate defectum patitur: à minori parte impedimentis cessantibus bono zelo electio facta firma valida esto.

Itaque meritis & authoritate præcellentes præferuntur.

Electæ personæ respectus habetor. ex hoc elegentium zelus intellegitor.

Maior ergo pars si se electione indignam redidit, quod ante confirmationem præter superioris licentiam ad administrandum recepsit, vim parassit, contra adpellationem elegit: reliquorum etiam paucissimorum electio firma esto. Si par vtriusque delictum erit: superior deuoluta ad eum potestate ecclesiam ordinato.

Inter elegendum autem si fortè adpellatum siet: adpellatio ea tantum, quæ per eum, cuius intersit, interiecta sit, electionem impedito. unde qui renunciauit ecclesiæ aut iuri, adpellans ne auditor.

Eius quoque, qui nec interesse electioni, nec elegere debet, licet ipsi electio præsentari debat, vt illi suum præstet adsensum, adpellatione electio ne differtor.

De Electione & Elect. potest.

19. Cum non
bus. Adpellatum ita si sit, ne qua nisi canonica
fiat electio: canonicè fieri electio ne prohibe-
tor, contra adpellationem, etiam si post eam sit,
ea facta esse ne dicitor.

53. Con-
gregato. Sed & si qua electio facta siet, & post, cum
nulla esset ipso iure, irrita nunciata: secun-
da etiam ante illam cassatam facta firma esto.

10. Consi-
derau-
mus. Alioquin si qua prior electio fuit, aut interie-
cta adpellatione contra statutorum ecclesiae te-
norem electio facta siet: irritator.

40. Seri-
btum est. Eorum, qui conuenerunt, si pars vnum in
prælatum postulat, pars alium elegit: ni pro
postulato duplo maior pars stetit: electio
valeto. Sed & postulata à duplo maiore par-
te persona indigna si siet: postulantibus elec-
tendi iure priuatis adhuc electio præfertor.

6. Licet. Romanus quoque pont. ni à duabus Cardi-
nalium partibus consentientibus electus sit:
episcopi nomen sibi ne vindicato. eius electio,
cum superior non sit, ad quem de iure recurri
possiet, dubia ne esto.

46. Cum
post. Porro antequam quis electus sit, eius con-
sensus ne requiritor. ordine aliquin peruer-
so electio vitiata inducitor, infirmator.

48. Eccle-
sia j. Sed nec ante ad cathedram deportator.
Si deportatus siet: id pro electione ne reputa-
tor.

21. Cum
inter. Cum erit electus, si consentire volet, nec in
eius personam quicquam rectè obiici potest:
confirmator. Cum consensu inter ipsum &
elegentes quasi coniugale vinculum spiritua-
le contractum esto.

Tit. V.

Ea quoque elegundi ratio canonica habetor. ^{42. Quia} Elegundi potestas viris idoneis committitor, ^{propter} hi vice omnium vota ferūto. Aliter electionem nemo facito.

Idem si elegerint de totius capituli ad sensu ^{30. In caus} electione facta habetor. Re non integra, postquam ^{sis.} de electione tractatum habere cōperint, ea potestas ne reuocator.

Immo & in unum solum quibus elegundi ius ^{8. Causans} est electionem si conferant : de qua persona is ^{que.} ecclesiæ prouiderit, ipsi, si idonea est, eam recipere tenentor.

Huiusmodi autem arbitri si sibi creditæ potestatis terminos excessint: electione cassator, circunducitor. Eorum aut maioris partis eorum, si res aliter probari nequeat, iuramento stator.

Quod si conuenit, ut quem ex seip sis vel aliis omneis, vel maior pars eorum nominaret, recipetur: unus ex ipsis si ab una parte æquali nominatus est, & cōsentit, nec aliquid ei obest, recipitor.

Electioes contra præscribas formas nulli ^{42. Quia} faciunto. Si faxint: ea vice elegudi potestate priuantor.

De elegētib^o verō & elegūdis hēc posita sunt.

A suspensis & interdictis facta si fuerit electione: cassator, inducitor. ^{15. Cum inter. R.}

Episcopus, ni de legitimis nubtiis natus sit, ^{7. Cum in} ni 30. annorum exactorum, ni vita & scientia commendabilis, nemo elegitor. Inferioribus quoque ecclesiæ ministeriis decanatuī, archidiaconatuī, aut aliis curam animarū habentibus

De Electione & Electi potest.

annexam, Itē parochialis ecclesię regimini, ni-
si qui iam 25. annum adtigerint, moribus &
scientia conspicui, ne pr̄ficiuntor. adsumpti,
pr̄fixo à canonibus tempore, eos, qui minilte-
riū suis conueniunt, ordines recipiunto. admo-
niti si neglexint: ministerium ipsum ad alios
transfertor. eorum prouocatio nihil obesto.

44. Ni-
bi est. Itaque episcopi ad sacros ordines & ecclesia-
sticas dignitates eos, qui commissum sibi offi-
cium adimplere potessint, promouento. si secus
faxint: puniuntor.

7 Cum in
cunctis. Clerici autem si contra formam pr̄dictam
elegerint: elegendi tunc potestate priuati, & ab
ecclesiasticis beneficiis triennio suspensi sunto.
Episcopus si contra hęc faxit, si fieri consensit:
id genus officia & beneficia conferendi pote-
statem amittito. per capitulum aut metropoli-
tanum, si capitulum concordare nequibit, ec-
clesia ordinator.

26. Per in-
quisitionē Denique indignus si electus est: qui scientes
prudentes elegerint, & ab iis beneficiis quæ ob-
tinent, quibus indignos se fecerūt, suspensi sun-
to, & ab iis ad quæ promoti postea fuerint, a-
mouentor.

25. Cum
Vintonie-
sis. Elegendi autem duntaxat ea vice qua pecca-
runt potestate priuati sunto. alia electio quo-
tiescumque fiet, cum aliis admittuntor.

Ex pr̄dictis hęc inferuntur.

54. Du-
dum. Qui personatū seu curam animarum habens
beneficium (ni cum ipso fiet à fede apo. dispen-
satum) cū pluribus ecclesiis parochialibus con-
tra Lateranense concilium obtinet, ne elegitor.

Si quam personam canones, nisi cum ea dis- 20. *Inno-*
pensatum siet, ordinari prohibent: et si multæ *tuit.*
dispensandi causæ in ea concurrat, ne elegitor.
Si electus sit: canonis autoritate electio cassa-
ta esto. Elegentibus, ni ignorantiam allegantes
probassint, aut ollis parcatur, poena in cano-
ne expressa infligitur. Sin eam ad obtainendum
dispensationis beneficiū postulant: iis sine frau-
de esto.

Electio si per secularis potestatis abusum fa- 43. *Quis*
cta siet, & electus electioni de se factæ consen-
tit: electionis commodo careto, ad dignitatem
inlegibilis esto. Qui elegerint, ab officiis be-
neficiis per triennium suspenduntor, ea vice ele-
gendi potestate priuantor.

Sed & si quis se, quasi communī voce petitū 2. *Oferas.*
literas populi accepisse adseuerās, excusat: nihil
illis iuuator, ni penituerit: laica etiam in fine cō-
munione priuator.

Simonia autem si electo non consentiente 59. *Si ali-*
nec ratum habente commissa sit: episcopus su-
per prelatione, ad quam sic electus fuit, dispen-
fare ne valeto, in beneficiis simplicibus post re-
signationē liberam recipiundis dispensatio eius
tolerator.

Si cuius electio non vitio personæ, sed cum in 12. *Super*
electionis modo peccatum esset, cassata est: ni *eo.*
simoniacæ prauitatis aliquid intercessit, is etiā
in eadem ecclesia rectè elegitor.

Eius, qui epileptico morbo laborat, electio 21. *Cū in-*
ne confirmator. Electum verò, quod ex alia *ter.*
ecclesia fit, etiam si æquè idoneus quis in ea-

De Electione & Elect. potest.

dem, ad quam elegitur, ecclesia fuit, nihil lēdito.

5. Quia diligētia. Item cuius electio secundūm formam canōnum ritē celebrata fuerit, si nec alia impediunt: superiori, quōd in schismate fuerit (si eo abieuto ad vnitatem ecclesiæ rediit) dispensatiū remittere liceto.

49. Cū in magistrū. In regularibus verò domibus sibi subiectis, vt taleis sint abbates, qui professione monachi & regulareis canonici fuerint, aliis amotis episcopi omnino curanto.

37. Cū ad nostrām. Nec enim quis priùs in abbatem, quām monachus fuerit, elegitor.

38. Officij. Nēc magister, antequam discipulus, esto. Nec quis protenus cum monachus effectus est, in abbatem elegitor. Si quo monacho factō actutum eius subsequuta est electio:inritator. at postquam fuerit in regula competenter catechisatus, purgatione recepta, si vrgens necessitas & euidēs vtilitas monasterii postulat, in abbatem adsumitor.

27. Cum causam. Denique qui in monasterio electus sit abbas, quīque in ipso sunt clerici, ni regularem obseruantiam professi sient (licet ab aliis per multa tempora secus usurpatum siet) vel regulam in ipso constitutam profiterier & seruare, vel ipsam dimittere coguntor.

13. Cū monasteriū. Ex predictis hic casus excipitor. Cuius monasterij religiosi religionis obseruantiam & ordinem abiecerint, si quem quidam ex ipso fratres ex eremo electum boni testimonij virum postulassint: cum monasterio præficere episco-

po permittitor.

Si quorum electio semel quasi minus legitime facta, non vitio ipsorum infirmata est, electoribus in aliam personam conueniundi facultate reseruata: utriusque electorum fama sua integra seruatur. In aliis ecclesiis (si deus gratia ducit) & in ipsa qua exciderint (preter istam ordinationem) promoueri valento.

Electiones ut præmittitur factus, si nihil erit quod electum impedit, superiores confirmant, electi vitam & actus ubi conuersatus sicut, ibi anquirunto.

Itaque de persona & meritis electi, ubi conuersatus est: de studiis vero elegentium & ceteris quæ causam ipsam instruunt, ubi electio celebrata fuerit, ibi queritor.

Electionis ergo processum & electi personam superior examinato. In ea re si quid parum cautè præsumpscerit, maxime si insufficientis scientiæ hominem, in honestæ vitæ, vel ætatis inlegitimæ adprobarit: confirmandi primum electi successorem potestate priuator, & à fructu proprii beneficii perceptione suspeditor. Si id malitia fecisse conuincatur: grauiori vltioni subiaceto.

R.o. pont. electum si confirmat: defectus de plenitudine potestatis supplere, & si qui simpli excommunicatione ob solam participationem ligati interfuisse dicantur electioni, id ne noceat, sancire valeto.

Idem ipse, cum de rege in imperatorem promouendo (cuius examinandi potestas, ius, &

Electione & Electi potest.

authoritas ad eum solum pertinet, electione penes Germanos principes existente) agitur: de meritis electi ex officio suo querito.

19. Cū nobis. Nam etsi nihil contra electi personam dicitur, nemini cito manum imponito. Sanè tam rationes, quām canones sequenti, quod prouidē factum esse compererit, propter urgentē necessitatem & euidētem ecclesie utilitatē, quamquam canonibus ex parte satissimū non sit, confirmare liberum esto.

44. Ni hile est. Qui electi ad Ro. pont. immediate pertinent, officii sui confirmationem vel ipsi præsentes petunto, vel personas idoneas, per quas anquisitio fieri posset, amandanto, transmittunto. si nihil ollis ex canonicis obuiet institutionis: ab eo officii sui plenitudinem indipescuntor.

4. Significasti. Ab eodem si archiepiscopus pallium, suæ dignitatis insigne, petit: ecclesiæ prælatio, ni subjectionis debitæ iura præstito sacramento soluerit, olli ne imponitor.

50. Cum na. In confirmatione (vt ad eam redeamus) si iū quibus de electionis iure quæstio referetur, cum protestatione admissi sint: ni de suo iure, aut prescrita consuetudine fidem fecerint: eorum vota in rationem ne veniunto.

Is qui maioris partis congregationis eius ecclesiæ ad quam promouendus est, suffragia tulerit, si nihil aliud obsit, obtineto.

31. Cū eccliesia. Eos enim qui elegerint, eo iure diu usus fuisse, maxime si loci consuetudine adiumentur, sapientis esto.

Sanè elegantibus si quis contradicit: ius suum ^{24. Quer-}
ip̄si integrum esto. ^{relam.}

Qui ergo in possessione vel quasi canoniciatus ^{55. In ge-}
ecclesiæ fuerant, stallūmque in choro & locum
in capitulo habebāt, eorum vota valento, & ad-
uersarij eos (cum non tamē longē absunt, vt vo-
cari non debeant) vocanto. de eo tractanto di-
scutiunto. Ita maioris numeri rationem haben-
to. numerum cum numero comparanto. zelum
cum zelo & meritum cum merito conferunto.

Porrò capitulum quæ interim pro electionis ^{45. Ut}
negocio necessariè expendenda fuerint vacante ^{preteritæ.}
fede, de bonis dignitatis addictis (præterquam si
demortui bona occuparit, usurparit) facito. vel
si fecerit, recipito.

Cum autem elegerit, electus ante confirma- ^{17. Qua-}
tionem administrationi ne se immisceto. si faxit ^{liter.}
electio cassator, adnullator.

Episcopus itaque cum demum confirmatus ^{15. Trans-}
fuerit, quæ iurisdictionis sunt, consequitor, de ^{miffam.}
excessibus subditorum aliisque (præterquam si
quæ maioris anquisitionis discussionem exigunt
& cōsecrationis ministerium desiderant) quod
iustum fuerit, & ecclesiasticæ utilitati conueni-
re viderit, liberè statuit.

Metropolitanus quoque si est : suffraganeis ^{11. Suffra-}
suis, vt electum, qui ad eius iurisdictionem per- ^{ganeis.}
tinet, consecrent, etiam si pallium non recepsit,
rectè mandato.

Prælatus ipse nec eo die quo consecratur or- ^{28. Quod}
dines celebrato. unitatis enim inter ipsum & eos θεμα.
quibus cōcelebrat mysterium ne diuidito. Pal- ^{Super eo.}

De transla.episcopi Tit. VI.

lium quoque archiepiscopus ni accepsit, nec ipse quasi archiepiscopus ordines, nec reliqua quæ sunt ordinis, conferto.

44. Ni
hileft. Quæ de administratione dicta sunt ita tem-
perantur.

Vltra Italiam valde remotis (si modo in con-
cordia electi sient) quorum confirmatio ad R.O.
Pont. pertinet, in spiritualibus & temporali-
bus administratio alienatiōue interdicta indul-
ta esto. munus tamen benedictionis & conse-
crationis solito more recipiunto.

28. Quod
sicut
θεμα
quod autem Post confirmationem prælato de rebus ecclē-
siæ disponere, & (si de cleri & populi procedat
adsensu, dum tamen ecclesiam reddat indem-
nem) alienare liceto.

9. Nostri. Antequam confirmatus siet, nec honores nec
præbenda concedere, nec de re vlla alia dispo-
nere olli permittitor.

7. Cum in
cunctis. Cum confirmatus erit, ac iam ecclæstico-
rum bonorum administrationem habere cœpe-
dεμα. rit: de beneficiis quæ habebat, post decursum
cum verò. tempus consecrādis episcopis à canonibus p̄fini-
tū, is ad quē spectat conlatio, liberè disponito.

2. Ti. seq. Tempus hoc sex mensium esto. Vltra quod si
Inter cor-
poralia. viduatam retinescit ecclesiam, nec ibi, nec alibi
donum consecrationis accepsit: metropolitani
sui iudicio cedere cogitor.

De translatione Episcopi, Ti. 6.

2. Inter
corporalia Post electionem & confirmationem cano-
nicam inter personas elegentium & electi

De autho. & vsu pallij. Tit. VII. 14

coniugium spirituale contractum & ratum esto.
dignitas episcopalis consecratione conlata nihil
ad id coniugium addere existumator.

Ea de causa electi confirmationis munere re-^{1. Cum ex}
cepto, in consulo Romano pont. sedem ne mu-^{illo.}
tanto. Episcoporum enim translationes, ac se-
dium mutationes, vt & reliquæ maiores ecclesiæ
causæ ad apo. sedem deferuntur. Superior alius
si consensum præbesit: ab episcoporum con-
firmatione suspenditor.

Quod ergo est inter pontificem & ecclesiam ^{3. Quanto}
cius coniugium, ecclesiarum necessitate vel vti-
litate pensata, diuina authoritate solus Ro. Pon-
tifex dissoluto. & si ad maiorem sedem vocatus
authoritate propria se trastulerit: & ab aliena ca-
thedra extorris esto, & propria careto.

Sed & si cui Ro. pontifex, vt ad maiorem di-^{4. Licet.}
gnitatem vocatus (dum nihil olli de canonicis
obuiet institutis) eā adsumere possiet, indulxit:
huic, si postulatur, nec ad parem, nec, antequam
postulatio examinata siet, transire liceto.

De autoritate & vsu pallij. Ti. 7.

QVI Archiepiscopus electus siet aut postu-^{3. Nisi.}
latus, et si adprobata postulatio erit, an-
tequam pallium recepsit, Archiepiscopum ne-
se appellato. Eo plenitudo pontificalis officij
confertor.

Hoc Ro. pontifex in plenitudinem ecclesia-
sticæ potestatis adsumptus semper & vbique, alii
in partem sollicitudinis vocati in sua ecclesia cer-
tis diebus tantum vtuntor. ^{4. Ad honorem.}

De renonciatione.

1. *Cum su
per.* Itaque cum conceditur sic edicitor, V T E O
INTRA ECCLESIAM TVAM VTARIS.
Id verò sic accipitor, IN QVALIBET TI-
B-I COMMISSAE PROVINCLAE EC-
CLESIA. Extra ecclesiam, et si pro supplica-
tionibus publicis procedat, aliterve exeat, ne
vtitor.
7. *Quia nos.* Diebus quoque in ecclesiæ suæ priuilegiis
expresis tantum in sua diœcesi cum pallio, tam
in sua quam in aliena fine pallio & sandaliis ce-
lebrare liceto.
5. *Ex tua
rum.* Et nisi cui R.o. pontifex indulxit, pro conse-
crandis suffraganeis suis, vel clericis ordinandis
in aliena ecclesia pallio ne vtitor. Cui id conces-
sit, modo is, ad quem pertinet ecclesia, permit-
tat, quibus casibus concessit, liberè vtitor.
6. *Cum sis.* Alioqui vsum pallii, vbi cunque fuerit, in mis-
farum celebrationibus constitutis diebus solen-
nibus liberè exerceto.
2. *Ad hoc.* Pallium suum nemo alteri commodato. Id per-
sonam ne transito. Cum eo quisque sepelitor.

De Renunciatione. Tit. 8.

1. *Literas* CV I gubernanda ecclesia semel commissa
cerit, quandiu tutè eam potest gubernare, tā-
diu regito. Militare enim cingulum, nisi cum
victorice det aduersitas præriorū ante ne soluito.
20. *Nisi
cum pridē* Hoc ita temperato: Nisi permittente summo
Pont. licentiāque ab eo obtenta, sibi commis-
sam ecclesiam ne dimitto. Nemo tamen hac
via sibi ocium querito. Licentiam postulandi
hæ causæ sunt: Si cuius criminis conscientia

ipsum arguet, si ex infirmitate aut quietate corpus debile erit, si scientiae defectum patietur, si apud plebem propter ceruicis eius duricie proficere nequibit, si scandalum, quod aliter nequeat, sic quietare postulabit, si qua ei^o persona irregularitas erit. Extra has causas cessione nemo affectato, nec se tacita causam habere diceti creditor. Ex causa hac cautela examinatur. Si non id crimen erit, propter quod officii pontificalis exequutio post peractam penitentiam impeditur, si non ea infirmitas erit, qua id exequi non possit: ne ob id susceptae seruitutis officium deseriri permittitor. Scientia et si eminens non erit, si tamen competens fiet: ex causa tolerator. Si plebes reuocari poterit: timide fugere ne conceditor. inter scandalum & scadulum distinctio esto. Si cuius personae, quam retinerier expediet, ea irregularitas erit, cuius colpa lateat & causa: cum ea potius dispensator.

Prælatum quoque qui in ecclesia sua securè morari non poterit, Pont. summus absoluito. Ne defectum in temporalibus patiatur, alibi eidem beneficium ad eius sustentationem conseruato. episcopo cedenti, ut officium pontificale in episcopatu in quo beneficiū habebit superioris iure saluo exercere valeat, concedere liceto.

Quod si quis quod infirmitate laboraret, seu persecutionis rabie premeretur, aut literaturæ defectum pateretur, aliam ob consimilē causam ecclesiæ renunciassit: maxime si non ordini vel etiam dignitati, sed loco: si qua earum causarum cessabit, & rursus ad relictæ vel alterius

De Renunciatione Tit.VIII.

ecclesiæ regimen adsumetur : olli redire liceto.
Qui tamen eam , quam parentum cupiditate
fuerat adsequutus, resignassit, ad eandē ne redi-
to, ad aliā licitè adsumitor . Si qui ex aliis causis
renunciabunt : ad pontificatum ne resurgunto.

*15.Dile-
cti.* Cuius autem monasteriū ad Ro. Pont. perti-
nebit abbas, et si regiminis oneri non sufficere se
sentiat, sine licentia Ro. pontificis ne renuncia-
to , & si renunciante ipso alius electus siet : ipse
restituitor. Aliū, qui vice sua cessionē recipiat,
Ro. pontifex deputato.

*4. Ad-
monet.* Sed & sine consensu episcopi nemo clericus
ecclesiæ ad eius ordinationem spectantes intra-
to, nemo detineto, nemo eo incōsulto dimittito.

*8.Q uod
in dubiis.* Et præsertim in manum laicam ne resignato,
nec de ipsa recipito. Si quis sibi conlatam sic re-
signassit , & denuo à laico recepsit : eadem ta-
men spoliator.

*12.Q ui-
dam.* Item si quis cedendi sicutiam, quam postu-
labat, semel obtinuit: ad cedēdum compellitor.

*6.In pre-
sentia.* Quocūque enim probarionis genere iudici de
spontanea beneficij abiuratione constiterit, id
reposcenti perpetuum silentium indicito.

*3.Ex trāf-
missa.* Sic & eum qui à se ecclesiæ, in qua socius &
frater fuit, conlata repetierit, postquam hęc ipsi
resignata sint, nec si animum mutassit, & redire
volet, clerici recipere coguntor.

*2.Cum
inter.* Non tamen si quis de beneficio spirituali ec-
clesiæ, de consensu maioris & sanioris partis ca-
pituli inuestitus erit, quod fors ipse, cum peten-
ti sibi quæstio referretur, id vteriū non petere
jurauerat , id ipsi , quominus beneficium possi-

De subplen.neg.præla.I X. 16

deat, impedimento esto.

Eum quoque, qui literis super prouisione sua ^{13. Venies} in ecclesia impetratis capituli gratiæ sese com-
miserit, nemo propterea iuri sibi ex ipsis literis
competenti renunciasse putato.

Nec si erit ab exequutore mandati apostolici ^{7. Sanè.}
in eadē ecclesia institutus, & literis redditis ca-
pituli misericordiæ se subiecit, vnde misericor-
diam debuit impetrare, dispendium sustineto.

Immo qui subditos à subiectione sibi debita ^{14. Leite}
absoluit, regimini ecclesiæ ob id renunciasse ne
existumator.

Et generaliter quod quis beneficium, quo su-
stentari debet sine magna causa sponte renūcia-
rit, nemini verisimile esto. Vnde si cui benefi-
cium reposcenti, quod id sponte abiurassit, ex-
ceptio obponetur : ea sine causæ cognitione ne
admittitor. Causa resignationis diligenter anqui-
rator, ea si probabilis erit, nec vi, metu, obpres-
sione, interuentu pecuniæ, promissione extor-
ta : exceptio admittitor. Iuramentum interue-
nisse si dicetur : id iudici quasi à malo profectū
suspectum esto. Si qua contra exceptionem re-
plicatio canonica obicietur: eius, qui sp̄otaneam
renūciacionem implicitè replicando inficietur,
super adsertione sua, habito ad dignitatem &
opinionem respectu, probationes admittuntor.

De subplenda negligencia prælatorum. Tit. 9.

Si qua in ecclesiis ordinandis, eorum, ad quos
spectat, negligencia erit: sic subpletor.

De subplenda neglegentia Prælat.

1. *Statui-* Qui substitutus erit monachorum abbas, si
misi. eum episcopus tertium requisitus benedicere
recusassit: monachos proprios nihilominus be-
nedicito, alia, quæ ad officium suum pertinent,
liberè exerceto.

2. *Sicut.* Monachi autem & regulareis canonici ecclæ-
sias ad eorum præsentationem pertinentes pro-
priis vsubus ne deputanto. ad eas, cum vacabunt
personas vocato. vicarios in ipsis pro sua volun-
tate neque instituunto, nec destituunto. admis-
sos pensionibus ne oneranto. quominus ecclesiæ
deseruire, & in episcopalibus episcopo respon-
dere, ac hospitalitatem exercere possint, ne fa-
ciunto. Si in aliquo horum excesint: episcopus
loci, nisi ab eius iurisdictione exemptæ erunt ec-
clesiæ, emendato. ni intra tempus Lateranensis
concilii personæ idoneæ ad vacantes ecclæsias
olli presentatæ erunt: rectores adpell. remota in
ipsis ordinato. Ex hoc nullum patronis in po-
sterum præiudicium generator.

4. *Lite.* Qui post lapsum temporis à prædicto Latera-
ras. nenfi concilio constituti instituendi iure priua-
ti erunt, omnino personas in vacantibus ecclæ-
sias instituere ne valento. si tamen idoneæ insti-
tutæ erūt: superiori, si volet, ipsas tolerare liceto.

5. *Dilectio.* Sin nolet: et si adpellatio interposita siet, quod
ad eum deuoluta potestate fecerit ratum esto.

3. *Licet.* Eorum verò, qui superiorem non habebunt,
neglegentiam pontifex summus subpleto. tem-
pus semestre conferundis beneficiis præfixum
non à vacatione, sed à noticia computator.

De tent.

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum. Tit. 10.

EO R V M, qui in ecclesia dei ministrare debet bunt, ordinationes sic fiunto. qualeis ipsos esse oporteat, ita cautum esto.

Imprimis qui Archiepiscopus erit, ab omnibus eiusdem prouinciae episcopis ad sedem metropolitanam conuenientibus ordinator. Comprouinciales autem episcopi, siquidem digni erunt, & ab archiepiscopo cum omnibus electi, & à cunctis pariter consecrarentur: optumè esto. Si qua necessitas erit, & ceteri consentiant: iussu mandatu archiepiscopi à tribus ordinantor.

Nec hi, præterquam si metropolitanus iussit, 7. Nec e- mādauit, nec ipse archiepiscopus sine tribus vel pⁱscopi. duobus comprouncialibus episcopis episcopū ordinante. ceteri comprounciales episcopi admonentor, responso suo consentire se significato. Si qua inter partes dubitatio erit: maiori numero metropolitanus consentito.

Quicquid sit, sine mandato archiepiscopi, ad 15. Dile- comprouncialis electi citra sacros ordines con- clus. stituti promotionem suffraganeus ne procedito. Cui tamen si mandarit archiepiscopus, vt eum vno die ad treis sacros ordines promoueat (cum isthac dispensatio olli à canone permissa non siet) impunè non pareto.

Omnino enim neque eodem dñe duo ordines, 13. Litt- neque vnu & alter altero continuato ieiu- ras. nio conferuntur. Mane diei dominicæ cum vespera sabbati, fictione canonica, ob ieunii con-

De temporibus ordinationum

tinuationem, dies vnum accipitor. Nec, si qua necessitas erit, quasi mane ad vnum diē, & ad alterum vespera pertineat, cauillatio esto. Si cuius in hoc delictum erit: is à conlatione ordinum, qui promotus erit ab exequutione suspēdūtor.

3. *De eo.* Sanè episcopis dominicis & aliis festiis diebus vnum aut duos ad maiores ordines promouere liceto. Ad hypodiaconatum, nisi in quatuor, quæ vocant, temporibus, sabbato sancto, vel ante dominicum in passione nullus præter Rom. pont. aliquem ordinato.

1. *Subdiaconos.* Dominicis autem dicibus, & Pentecostes sabbato nemo præter ipsum hypodiaconos ordinato. Deo tamen dicatas virgines consecrare, & minores ordines celebrare liceto.

2. *Sane.* Consuetudo verò sicubi erit clericos extra ieiunia quatror temporum ad sacros ordines promouerier: improbator. Si secus faxit episcopus: ubi neque consuetudo siet, neque multitudo veniam mereatur, ordinati deponuntur, ordinantes autoritate ordinandi priuantor.

3. *Cum quidam.* Et generaliter qui, quo die non debuit, ordines celebraffit, canonica disciplina conrigitor, ordinati, donec apud sedem apo. restituti erūt, à susceptis ordinibus suspenduntur.

16. *Consultationi.* Nihilominus qui extra statuta tempora ordines recepsit, characterem recepisse intellegitor, & pœnitentia ipsi pro transgressione imposita, superiori episcopi, vt in susceptis ministret ordinibus, ipsum sustinere liceto.

9. *Cum secundum.* Diuersorum rituum consuetudines in confundis ordinibus ne commiscentor.

Quod si Græcus antistiti Latino subiectus à 11. Quod
Græco antistite ordinari volet: episcopus non <sup>translatio
nem.</sup>
temere permittito. si mandatum vel licentiam
duit: quandiu eū morem tolerat ecclesia, qui or-
dinatus erit, ab ordinum sic susceptorē exequu-
tione ne impeditor. si sine licentia vel mandatu
sui episcopi ab aliquo pontifice ordinatus erit:
sic suscepti ordinis exequutio olli interdicitor.

Sed & Ecclesiæ R.o. hypodiaconū nemo epi- 12. Cum
scopus præter mādatum R.o. pont. promoueto. in distri-
buendis.

Porrò subiecti prælati suis religiosi dignitatē 5. Ad
ordinum cum prælatorum suorum scandalō ne
adpetunto, debitam ipsis obedientiam seruanto.
si ad maiores ordines promoueri postulassint:
desideriis eorum prælati (si qua eorum secreta
commissa norint) lícitē contradicunto.

Quod si monachus ad alium ordinē trāslatus 10. Ex
erit, & in eiusdē ordinis habitu ad ordines pro- parte.
mot⁹: id(nisi canonicū aliud obuiet) quominus
sacerdotis officium exequatur, olli ne officito.

Si cuius clericī vt ad institutū redeamus) tale 4. Ex te-
peccatum occultū siet, quod si publicum esset,
& ipse à suscepti ordinis gradu deiiceretur, & à
superioribus arceretur: episcopus digna pœnitē
tia ipsi imposta, vt ordine suscepto contentus
eo quidem, pœnitentiā parte peracta, vtatur, am-
plius verò ne ad superiores adscendat, moneto,
suadeto. si volet promouerier: ne prohibetor.

Itaq; qui recte cōsciētię bonū aliquo crimine 17. Quæ-
amissint, ni proposita crimina ordinc iudiciario situm est.
cōprobata, vel alias notoria fuerint, præter homi
icidii reos, post penitentiā nec in susceptis nec in

De scrut. fac. & ordinatis ab episc.

suscipiendis ordinibus impediūtor, ni penitues-
sint; vt nec in suscep̄tis ministrent, admonentor.

<sup>14. Vel nō
est.</sup> Item si quis ante legitimos annos contra ca-
nonū instituta ordinatus erit: ordinatus ab ex-
equitione suscepti officii vsque ad æ uitatem le-
gitimam in iniuriam ordinantis, ordinās à con-
latione ordinum suspendūtor. ipsi tamen, si be-
neficium ecclesiasticum non habebit, de com-
petenti prouidere compellitor.

De scrutinio in ordine faciendo. Tit. 11.

<sup>1. Ex par-
te.</sup> IN diaconorum & Presbyterorum ordinatio-
bus, episcoporum quoque consecrationi-
bus, de dignitate ordinandi, qui ordinabunt per
adseffores suos scrutantor. Quem indignum esse
non noscent, dum ne contra conscientiam lo-
quantur, dignum, quantum fragilitas humana
patitur, dicere ne formidāto. Si qui episcopum
consecrandum indignum cognoscēt: metro-
politano, priusquam ad suffragium veniatur, se-
cretē & in furuo nuncianto.

*De Ordinatis ab episcopo qui renun-
ciauit episcopatuī. Tit. 12.*

<sup>1. Requi-
situs.</sup> SI quis episcopus loco tantūm, non etiam di-
gnitati renunciassit: à quocūque alio episco-
po rogatus erit, subdītis eius ordines cōferre va-
leto. Dignitati si renunciaſit: vsque ad hypo-
diaconatum tantūm, id est minores (qui à non
episcopis quoque conferuntur) liceto. sacros ab
eo si quis sciens prudens recepsit: exequu-

De æuita. & qua. & ord. prætic. 19

tionem officii ne habeto . si nec sciuit:ni crassa,
supina ignorantia erit , catus, sagus, ac discretus
pontifex cum eo dispensato.

Nam & cum clericis suis, qui ab excommu-
nicato episcopo ordines recepsint, episcopis di-
spensare liceto.

2. Cum
clericis.

De æuitate, & qualitate, & ordine præficiundorum. Tit. 13.

QVI ecclesiis præficiundi erunt, qua æuita-
te, qualitate, ordine esse debeant, dein-
ceps cautum est.

Ecclesiæ non nisi personis , quæ æuitatem, ^{2. Ex ra-}
& scientiam habeant, credūtor, committuntor.
Qui fecus faxit , olli debita poena infligitor,
eius institutionem & cōcessionem qui superior
erit viribus carere decernito.

Itaque (exempli gratia) intra 14. annum cō-
stituto nemo cuiuslibet ecclesiæ personatum ^{3. Indecon-}
concedito . si quis faxit : factum irritator, ino-
bedientia punitor.

Et generaliter quæ personæ ad curam anima-
rum in ecclesiis ordinandæ erunt, scientia, mo-
ribus , & æuitate Lateranensis concilii institutis
congruunto . Aliæ nec obtentu literarum apo-
stolicarum in ecclesiis instituuntor. Vni plureis
ecclesiæ ne committuntor . Nisi ex vna pende-
bunt, aut ita tenueis erunt, vt proprios alere fa-
cerdotes competenter non possient, vnam, quæ
maluerit, dimittere cogitor.

Maximè autem in episcopo in literaturę & in- ^{15. Quā-}
_{uis.}

De Æuitate & qua.ordi.præfi.

sufficientia nota ne esto. si ipso factō euīdēs erit
nec nisi cōtra deum & sanctiones canonicas po-
terit tolerarier: ipsus a pōtificalis officii exequu-
tione & administratione ecclesia amouetor.

14. Cum
sit.

Episcopi quos in sacerdotes promouebunt,
diligenter per se, vel alios viros idoneos super
diuinis officiis, ecclesiasticisque sacramentis in-
struunto. si rudeis & ingnari ordinati erunt : &
hi, & ordinatores vltioni graui subiacento. pau-
ci boni quām multi mali ministri potius sunt.

13. Ac-
cepimus.

Quos ergo ordinabunt, ne minūs idonei siēt,
cauento.

At si cui, vt à se aut præcessore suo ad sacros
ordines sine titulo promoto de beneficio eccl-
esiastico prouideat, in forma communi manda-
bitur: quem ad ordines suscepit, ad beneficium
ecclesiasticum obtinendum idoneum reputato.
exceptionem contra illum, ni postquam pro-
motus fuerit indignum se reddiderit, ne preten-
dit. Si tamen in mandato clausula, SI ID O-
N E V S E S T, ex superabundanti adiecta erit:
quas contra ipsum proponet exceptiones au-
diuntor.

9. Anul
tis.

Hypodiaconum, sicut & diaconum, vel sacer-
dotem in episcopum elegere liberè liceto.

10. Tuam

Sed & si qua necessitas instabit : in minori-
bus ordinibus constitutum in abbatem adsume-
re liceto. Qui tamen à laicis ad dignitatem peti-
tus erit, quanvis honestate & industria ipsum
commendāte ex officio prouidētis adsumptus,
ad sacros ordines ne adscendito. Si ii, à queis pe-
titus erit, consanguinitate adfinitatēve ipsi con-

iuncti erunt: contra ipsum sinistra suspicio esto,

Alioquin abbates, decani, præpositi, archi-
presbyteri, si non sunt, presbyteri: qui archidia-
conatus tenent, diaconi efficiuntur. Si qua iusta
causa prohibebit, ut esse non possint: prælatio-
nes amittuntur.

Ad regimen parochialis ecclesiæ, nisi Hypo-
diaconus erit ad minus, nemo admittitur. Si ta-
men in minoribus est constitutus, & intra breve
tempus poterit in presbyterum ordinarier: hūc
dispensatiuè adsumere liceto.

Qui clerici in ecclesia ad maiores ordines pro-
moueri recusabunt, si utilitas ecclesiæ, aut neces-
ritas id exigent, & erunt ab eo, cuius iurisdictio-
ni commissi sunt, digni iudicati: per amissionem
locorum, & beneficii subtractionē adpella. Re-
cogitor. Si propter aliqua sua peccata indignos
se fatebuntur: ollis inferiores, quorū vita proba-
bilis siet, præferuntor. sed & eisdem, nisi oppidō
vtileis ecclesiæ in aliis seruitiis fuerint, beneficia
auferuntor, aliis canonice conferuntor.

Ei quoque, qui triennio in suspensionis sen-
tentia permanferit, nec quæ habuit, nec quæ
post indeptus fuerit beneficia retinere liceto, iis
spoliator.

Sanè quod de iis, qui propter aliqua peccata se
indignos fatentur, mox diximus, ita temperator.
Ei, quæ homicidiij etiā casualis cōscientia remor
debit, ne ad maiores ordines ascēdat, consilium
esto. Ad abbates sermo redito.

Monasterii sui concanonicū regularem, etiam
si ad aliud monasterium talis ordinis adcessit, &

*1. Ut ab-
bates.*

*5. Prete-
rea.*

*8. Com-
bonæ.*

*7. Ad
aures.*

*12. Intel-
leximus.*

De sacra vñctione.

monachus factus est , si tamen de superioris consilio ad eadem domum reuorsus erit, & laudabiliter in ea conuersatus , in abbatem ipsius monasterii præficere liceto.

ii. Cum contingat Cui abbatii ab episcopo secundùm morem præficiundorum abbatum manus impositio facta erit , si sacerdos existat , lectors per manus impositionem in suo monasterio solummodo faciundi licentia esto . Qui laici ad monasteria conuolantes à suis abbatibus tonsurati erūt, per primam tōsuram à talibus iuxta formam ecclesiæ datam clericalis ordo confertor.

De sacra Vnctione. Tit. 14.

i. Cum ve nisset. **E**PISCOPO , cum consecrabitur , caput & manus ab episcopo , cui mandatum erit , assistentibus ei duobus episcopis secundùm more ecclesiasticum deliniuntor. Vnctionis duæ species sunt. Exteriori , quæ materialis est & visibilis , corpus : cor interiori , quæ spiritualis est & inuisibilis inunguntor . Illa huius signum esto . haec in ecclesia sacramentum habetor. Oleum , quo exhibebitur , benedicitor. Id cathecumenum vel infirmoru adpellator. Chrisma ex oleo & balsamo conficitor . Caput episcopi propter dignitatem & authoritatem , manus propter ministerium & officium inunguntor . Christo ecclisiæ capite facto principes amplius in capitene vnguntor . Ad brachium siue humerum vel armum vñctio transfertor. Pótificis caput chrismate consecrator , brachium principis oleo delinitor. Christiani omnes bis ante baptismū , pri-

De sacramentis non iterandis. 21

mùm in pectore, dein inter scapulas oleo benedicto: bis post baptismum sacro chrismate, primum in vertice, dein in frôte inunguntor. Fron-
tis chrismatio, manus impositio, confirmatio
dicitor. Cæteras vñctiones simplici præsbytero
vel sacerdoti exhibere liceto. hanc non nisi sum
mus sacerdos id est episcopus conferto. Altare,
cum consecrabitur, templum, cum dedicabitur,
calix cum benedicetur inunguntor. In ordinan-
dis presbyteris, & consecrandis episcopis om-
neis eum, quem sedes apostolica seruat, morem
episcopi tenento.

De sacramentis non iterandis. Tit. 15.

Presbyter & diaconus, cum ordinabuntur, ^{3. Presby-}
^{ter.} manus impositionem tactu corporali, ritu ab
apostolis introducto recipiunto. si obmissum
erit: ne iterator, at statuto ad huiusmodi ordi-
nes conferundos tempore quod per errorem
prætermissum est cautè subpletor. Cum oratio
super caput effundetur ordinandi, suspensione
manuum qui adstabunt clerici faciunto.

Nec, si sine impositione manuum ad hypo- ^{1. Paflo-}
diaconatus ordinem adsumptus quis erit, nec, si ^{ralis.}
cum confirmaretur clericus oleo nō chrismate
per errore delinitus erit, aliquid iterator. quod
incautè prætermissum erit, cautè subpletor.

Neque, si quis à schismaticis sepultus erit, ^{2. Anno-}
exhumator, nec sacerdotalia indumenta, in ^{bis.}
quibus exauthorati presbyteri celebrassint, ite-
rum benedicuntor, nec altaria consecrantur.

De filiis presbyterorum ordinandis vel non. Tit. 16.

1. Ut filij. *Filiij presbyterorum & cæteri ex fornicatione nati(nisi aut monachi fiant, vel in congregatio nē regulariter viuant) ad facros ordines ne promouētor. prēlationē verò nullaten⁹ habēto.*

18. Ni mis. *Sed nec ad dignitates, personatus, & alia beneficia curam animarum habentia sine dispensatione sedis apo. promouentor.*

14. Lite ras. *Etsi de vxore legitima erit qui in sacerdotio genitus siet: nisi permisso summi pont. & aliās dignus erit, in clericum ne ordinator, ad ecclesiasticum beneficium ne promouetor.*

6. Propo suit. *Alioquin si ad hypodiaconatum promotus erit sacerdotis filius; ecclesiastici beneficij prouisione ne careto. si quam ecclesiam habebit, aut si ad quam à fundi domino prēsentatus erit: presbyter honestus de ipsius adsensu qui ecclesiæ seruat ab episcopo committitor. Ipse in suo ordine ecclesiæ seruito, medietatem omnium beneficiorum ecclesiæ obtineto.*

3. Presen tium. *Sacerdotum filii ab ecclesiis, in quies patres eorum ministrassint, amouentor, in paternis ecclesiis ne ministranto, eas qualibet occasione ne obtinento.*

11. Ad extirpan das. *In quibus ecclesiis ipse pater tanquam persona ecclesiæ vel vicarius fuerit, eæ paternæ ecclesiæ dicuntor. Si post patrem, nulla media persona, ministravit in ipsis: has siue in sacerdotio generitus filius, siue nō, si tenebit, ab ipsis amouetor.*

13. Mi chael. *Cuius etiam ecclesiæ personatum proxumò pater habuerit, gnatus vicariam ne obtineto.*

4. Cōque rente. *Et in qua ecclesia publicū erit & notoriū pa-*

De filiis presb. ord. vel non. Tit. 16. 22

trem eius personatum habuisse, nec in ea ministrato, nec personatum eius habeto. Si institutus erit: amouetor.

Cum itaque manifestum & publicum id erit,^{10. Quo-}
ab indeptis ecclesiis filii penitus excluduntor,^{niam.}
ad earum gubernationem ne adsumutor. Causa
in iudiciū nec deducitor, nec testes admittutor.

Cuius autem ecclesiæ nec persona, nec vica-^{8. Consi-}
rius perpetuus pater fuerit, et si in ea filii quoq;^{tutus.}
nomine ministrassit: filio, quominus eā teneat,
ne officito.

Sed & patre defuncto si qua media persona in-^{7. Ex trāf}
tercessit: ei⁹ ecclesiæ beneficiū ei obtinere liceto.^{missa.}

Alias ecclesiam, quam nullo medio pater eius^{17. Dile-}
habuit, si quis obtinebit: nulla, nisi quæ à sede^{Elis.}
apo. emanauerit, disp̄satione iuuator. legati dis-
pensatio ne valeto.

Si cui tamen personas huiusmodi ex iustis cau-^{9. Ex tua}
sis sustinendi R.o. pontifex potestatē duerit, cō-
cesserit: cū quo is dispensabit, ab alio literis con-
tra ipsum à sede apo. impetratis ne molestator.

Alioquin in qua ecclesia pater eius admini-^{2. Ad}
strassit, qui in sacerdotio genitus est, in ea nec cap̄resentiā
pellanus esto. Literis apostolicis per ipsum su-
per hoc impetratis (si id tacuissent) non obstan-
tibus amouetor.

Canonicorū quoq; filii in qua ecclesia patres^{15. Cū de-}
corū canonici existunt præbendā ne habento. ^{corem.}

Hi, maxumè spurii, in quibus patres eorum^{16. Ad}
instituti sunt, secularibus ecclesiis canonici^{abolēdā.}
ne sunto. quod contrā præsumptum erit, ne
valeto. qui canonicos instituerint à suis

De seruis non ordinandis.

beneficiis suspenduntur.

12. *Ad
huc.* Qui verò etiam à pontificibus ex legitimo ma-
trimonio procreati erunt, ad sacros ordines (ni-
si quid aliud obuiabit) licitè adscendunto. be-
neficiū item in quibus ecclesiis genitores eorū
præsunt præerunt rectè obtinento.

5. *Veniens* Episcopus si presbyterum ad aliquam ecclē-
siā, in qua pater eius ministrasit, sciens ordi-
nassit: in hac ipsum in pace dimittito. si igno-
rasit: donec ipsi in alia ecclēsia, vnde honestè
sustentari debeat, prouiderit, eū olli relinquito.

De seruis non ordinandis. Tit. 17.

5. *Consu-
luit.* Episcopi neque spurious, neque seruos ordi-
nanto.

8. *Dile-
ctus.* In his hoc seruator. Matris conditionem fi-
lius imitator. hæc si libera erit: etiam si quis pa-
trem hominem seruū esse adseret, in presbyte-
rum promoueri ne impeditor.

1. *Instrue-
di.* Cæterū nemo, nisi ante ingenuitatis digni-
tate potietur, clericus fieri permittitor. Episco-
pi, ne id post infirmetur, nè ve vituperetur, pre-
cauento.

2. *De ser-
uorum.* Itaque seruos, nisi priùs à dominis libertatem
consequuti erunt, nemo episcoporum promo-
uetō. hi, si dominum suum fugerint, & callidi-
tate, fraude, dolo malo ad gradus ecclesiasticos
peruererint: deponuntor, domini ipsos reci-
piunto.

4. *Nullus* Sed & quem dominus eius libertate donatum
in presbyterum fecit ordinari ne superbito. do-

De oblig.ad rati.ordin.vel non. 23

mino suo canonicas (quas vocant) horas psalle-
re si nollet: ad cusatus apud episcopum ordina-
torem degradator.

Hypodiaconatus sacer ordo habetur. eodem,
cum de seruis ordinatis in seruitutem reuocan-
dis quæretur. cum diaconali gradu priuilegio
gaudeto.

De famulis ecclesiæ presbyteros & diaconos
per parrochias, poste aquā manumissione statū
recepint libertatis, constituere liceto. Quod
ipsis debitum, conlatumve erit, in personas ex-
traneas ne transmittunto. Omnia ad ius eccle-
siæ, à qua manumissi sunt, post eorum obitum
pertinentio. hi, sicuti nec cæteri ecclesiæ liber-
ti, ecclesiam ne ad cusanto, ad uorsus eam ne te-
stificantor. Ad id si ad spirabunt: libertate & ho-
noris gradu carento. Eum non dignitate natu-
ræ, sed temporis necessitate promeruisse putan-
tor.

Qui tamen à parentibus suis ecclesiæ seruis
dominis connientibus militiæ clericali abso-
lutè traditi erunt, ad aliam ecclesiam transeun-
di licentiam habento. si autem eo tenore manu-
missio data erit, & ordini clericali erunt obliga-
ti, vt manumittenti ecclesiæ in diuinis, quandiu
vixerint, obsequiis famulatum impendant: ad
aliam ecclesiam ne transferuntor.

De obligatis ad ratiocinia ordinan. vel non. Tit. 18.

Qvi procuratores, actores, exequutores, seu i. Ma-
curatores pupillorum sunt, fuerunt, ni gnas.

De corp. vitiatis ordi. vel non.

si post deposita onera, & ratiocinia redditia act^o
ipsorum in omnibus fuerint comprobati, & po-
stulantur, honore ne munerantur. Ante nego-
ciorū vel officiorum libertatem ne ordinantur.

De corpore vitiatis ordinandis vel non. Tit. 19.

6. *Expo-* **Q**ui enormem defectum in corpore patie-
sisti. tur, vt si altera manu mutilus erit, ad
facros ordines ne promouetur. Si quis, cum in
abbatē promoueretur, id fraudulenter tacuerit:
cum promoueri ad facros nequeat, ab abbatiā
officio amouetur.

2. *Cum de-* Alioquin si quis electus vitiatum corpus ha-
tua. bere dicetur: superior, qui de fratum consilio
quod exinde visum fuerit exequatur, committit-
tor. Electo ex maxima dispensatione ita prouis-
sum esto. Quod canonici filius dicetur: pro eo
in eius promotione ex dispensatione multa pro-
cedi mandator.

3. *De pres-* Sed & cū presbytero, qui in duello à se spon-
bytero. te oblato & suscepto digiti partem amissit si non
tantum amissit, quin sine scandalo solemniter
celebrare possiet, episcopo, post peractam peni-
tentiam, misericorditer agere, &, vt in suo mini-
stret ordine, permettere liceto. tametsi hic excus
sus admodum grauis habetur.

7. *Tho-* Multò fortius cui pollicis vngula casu adem-
mas. pta erit, si ad eucharistiam frangendam nihil
minus in pollice potens erit, nec aliud obstat
canonicum, propter deformitatem huiusmodi
ad facros ordines promoueri ne impeditor.

De digamis non ord. Tit. 20. 24

Qui autem seipso sani absciderint, vel ab aliis ^{3. Ex par} abscindi affectauerint, ad clericatus ordinem ^{te. i.} ne adcedunto. si in clero fuerint: cessanto. Si tamen ita natus, si infans in cunabulis sectus, si per hominum insidias enuchus factus erit, si olli amputata in persecutione virilia fuerint, & dignus erit: nec in episcopum promoueri impedito.

Alioquin nemo hac via obsequium se praestare deo creduto. si quis, ^{4. Signi-} cū id credueret, ^{te. ii.} viri-ficavit. sibi fecit amputari: huic authoritate sedis apo. & eius cui mandabitur, prout ipse viderit expedire, sacerdotale officium absque altaris ministerio conceditor.

Quod si presbyter de consilio medici periculum sibi imminere videns id faciet: liberè ministerij sui officium exequitor, à sacri altaris' administratione ne prohibetur.

De digamis non ordinandis. Tit. 20.

VT nec pœnitentes, ita nec digami, nec remun-^{1. Ut biga} pudiatarum mariti ad sacerdotium adscen-^{mi.} dunto.

Immo qui presbyteri digami, aut viduarum ^{3. De bi-} mariti sunt, fuerunt, nec viuentibus vxoribus, ^{gamis.} ne defunctis ad diuinorum celebrationem contra doctrinam apostoli, & constitutiones ecclesiarum admittuntur.

Neque, si quis quantum in ipso fuit secundam ^{4. Nuper} mulierem, licet inutiliter, sibi matrimonio iunxit.

De digamis non ordinandis.

7. *Anno
bis.* Neque, si hypodiaconus , cum de iure non posset, de facto viduam mulierem duxerit vxorem (quanquam nec maritale vinculum sit inter ipsos) cum iis contra doctrinam apostoli dispensator. affectus intentionis, quae in matrimonii spectatur, cum opere subsequuto sic punitor. In aliis, qui verè digami erunt, sacramenti defectus promotionem impedito.

5. *Debitū* Consensus animorum & commixtionis corporum, quibus matrimonium perficitur , sacramētum eiusmodi habetur. Altero charitas, quae consistit in spiritu inter deum & iustum animā, reliquo conformitas, quae consistit in carne inter christum & ecclesiam, significantor. Idcirco mulierem ab alio ductam, sed minimē cognitam si quis duxerit : sacramenti huius signaculum deesse ne intellegitor . Cū nec illa, nec ipse carnem suam in plureis diuiserint, quomin⁹ hic ad sacerdotium promoueatur, id olli ne impedimento esto.

6. *Quia
circa.* Sed & presbyter, et si plureis concubinas habefit, in regularitatē digamię incurrisse ne censetur. cum talibus tanquam simplici fornicatione notatis episcopo quoad sacerdotalis officiū exequutionem dispensare liceto.

2. *Super
eo.* Digamorum autem ordinatores potestate & officio ordinandi, ordinati et si ad sacros ordines promoti erunt, ipsis priuātor. vt ad hos promoueantur, vel remaneant in ipsis, contra apostolum ne dispensator. In ordinatore tamen dispensationem adhibere liceto.

De Clericis

De clericis peregrinis. Tit. 21.

LO C O R V M episcopi, ne sibi vel per literas, ^{3. Tunc.}
vel per testes de canonica ordinatione eo-
rum, qui sine commendaticiis literis venerint,
& penitus ignoti erunt, legitimè confiterit, eos
in plebibus suis celebrare ne sinunto. si secretò
& in furuo ex deuotione celebrare volent: su-
stinere liceto.

Itaque qui transmarini & aliàs incogniti in ^{1. Tunc.}
remotis regionibus agèt, quinque episcoporum
ad minus testimonio iuuantur. In suspensione
aliquanto tempore habentor. in eo episcopi de
actibus eorum pleniùs instruuntur. De inferio-
ribus quoque ordinibus, ne quos saltu præter-
missint, anquiritor. his peractis, si digni inuenti
erunt, circa eos dispensator.

Si se in quoquis ecclesiasticorum ordinum ^{2. Inter-}
constitutos adserent, & ad maiores ordines pro-
moueri postulabunt: sine ordinatorum suorum
literis nec in iis quos habere se dicunt, licet iu-
ramentum offerant, suscipiuntur, nec ad ma-
iores promouentor. conuersatio eorum ante
probator.

Ecclesiarum quoque prælati in ecclesiis sibi ^{4. Tene-}
commisis absque episcopi, cuius ipsi iurisdi-
ctioni subsunt, conscientia de alienis episcopa-
tibus clericos ne instituunto. si instituent: epi-
scopo, nisi quos ex dispensatione dimittundos
duxerit, amouere liceto.

De officio Archidiaconi. Tit. 22.

DE INCEPS eorum, qui administrationem
in ecclesia, vel authoritatem habent, officia
tractator. In his Archidiaconus clavum tenet.

*I. Ut ar-
chidiaco-
nus.*

Hic post episcopum vicarius eius in omni-
bus esto. Omnis cura in clero tam eorum qui
in vrbe positi sunt, quam qui per parochias
habitant, siue de eorum conuersatione, siue
honore, & restauratione ecclesiarum, eccl-
esiasticorum doctrina, vel cæterarum rerum
studio agetur, ad ipsum pertineto. delinquen-
tium rationem coram Deo redditurum se re-
miniscitor. tertio quoque anno, si episcopus
non potest, parochiam vniuersam circum-
ito, lustrato. cuncta quæ emendatione in-
digessint vice sui episcopi conrigito, emenda-
to. Ad Archidiaconatus tamen sui visitandas
ecclesiæ, nisi quæ causa emerget propter quam
sæpius oporteat, semel non amplius in anno
adcedito.

*7. Ad
hec.* Parochiarum ergo sollicitudo, & earum or-
dinatio ad ipsum pertineto. ipse maior post epi-
scopum, & episcopi vicarius esto. Omnem cu-
ram & sollicitudinem tam in clericis, quam
ecclesiæ eorum impendito. Oculus episcopi
esto. Eius loco per episcopatum præsiciens quæ
corrigunda viderit conrigito, emendato. Ardua
tamen negotia, si absque maioris sui præsen-
tia terminari nequibunt, dum cōsulet, sustineto.

3. Ea que. Denique ipsius ecclesiæ custodiam habe-
to. Ab ipso, si vel propriæ ecclesiæ, vel ea quæ

de diuersis ecclesiis conlecta erunt cæmilia non
sub omni sollicitudine & fide seruata erunt,
districte quæritor. Si quid ex eis fraude cu-
iusquam vel neglegentia peribit: ipse reatu hoc
adstringitor.

In hypodiacones & Leuitas imperium ha- 7. Ad
betō. Archipresbyteri seu decani iurisdictioni ^{hæc.}
eius subsunto. hi autem commune ipsius archi-
diaconi & episcopi officium exercento. ab ipsis
communiter eleguntur, cōmuniter amouentor.

In ecclesia hoc archidiaconus officium habe- 2. Officium
to. Euangelium quando voluerit legit, vel ali-
cui de diaconis legendum mādato, iubeto. Cum
episcopus sacrum faciet, ad iussionem eius Leui-
tæ vestimentis sacris induuntor. sic cum ponti-
fice ad missam procedunto. ipse ecclesiasticum
omne officium prouidetō. Lectiones & apo-
chrises seu responsoria in matrice ecclesia dato,
auscultato. Nemo lectionem ullam in ecclesia,
nemo Euangelium, donec auscultetur ab ipso,
legito, decantato. A coluthos, quis eorum can-
delabra, quis thuribulum deferre, quæ item mi-
norum quisque officia in ecclesia agere debeat,
ordinato.

1. Clericorū, si ad sacros ordines promouēdi sīet, 7. Ad
aut si beneficiis ecclesiasticis præficiūdi, exami- ^{hæc.}
nationē facito, examinatos episcopo prēsentato.

Literas tamen suas sine conscientia & authori- 8. Signi-
tate episcopi promouendis ne concedito, nemo ^{ficasisti.}
earum authoritate ad ordines conuolato. alio-
quin susceptorum ipsis ordinum exequutio in-
terdicator.

De offi. Archipresbyteri.

9. *Vt no-* Ordinandos autem solus episcopo repræsen-
strum. tato; atq; illos examinato. Sed & abbates & ab-
batissas in sede ponito.

7. *Ad*
hac. Institutio corporalis tā super beneficiis quām
dignitatibus ad ipsum pertinet.

4. *Cumfa* Curam tamen animarum sine licentia & man-
tis. dato episcopi nemini concedito. quod ad suum
noh spectat officium contra patrum constitui-
tiones ne vendicato.

5. *Archidi-* Sententiam in aliquos, ni episcopi authori-
aconis. tas adcesserit, promulgare ne audeto.

10. *Dile-* Jurisdictionem in monasteriis intra metas ar-
cto. chidiaconatus sui sitas eam duntaxat, quam ip-
se, vel decessores sui in ipsis vel similibus habue-
rint, retineto.

De officio Archipresbyteri. Tit. 23.

4. *Vt fin-* VT ne in aliquo felicitudo ecclesiastica titu-
gulæ. bet, non in matrice tantūm ecclesia archi-
presbyter esto, vnaquæque plebes archipresby-
terum habeto. Imperiti volgi, & presbyterorū,
qui per minores titulos habitant, sollicitudinem
gerito. vitam eorum iugi circumspectione ob-
seruato. qua quisque diligentia diuinum opus
exercebit, episcopo suo renunciato. Episcopus,
etsi valde idoneus siet, sic onera sua partitor.
Ipse matrici ecclesiæ, plebis archipresbyteri
præsumto. hi tamen cuncta ad episcopum refe-
runtur. nihil contra eius decretum ordinanto.

1. *vt Ar*
chipresby Archipresbyter archidiacono quoque sub-
ter. esto. eius præceptis sicut & episcopi obedito,

pareto . Super omnes presbyteros in ordine presbyterali positos curam animarum agito: assiduè in ecclesia stato . Qui in matrice ecclesia erit archipresbyter , in episcopi sui absentia ad eius vicem missarum solennia celebrato . collectam vel ipse dicito, vel alteri qui dicat iniungito. hoc ad eius officium specialiter pertinet.

Sed & ministerium eius in eo constitutum ^{2. Ministerium.} est. Sacerdotum cardinalium ministerium, qui solenne officium agere debebunt, in communicatione corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi, ut scilicet à facrosancto die dominico per omnes horas indeclinabiliter perseuerent, ut dignè & sanctè perficiatur opus dei ab eo cui committetur, vitam item eorum, ne cessent, nec scurrilitate torpeant, præceptis sui obtemperando episcopi, prouideto . Si episcopus deerit (nisi quæ prohibita sunt) cuncta quæ in sacerdotum ministerio perfici debent(sunt autem hęc, fontes benedicere, infirmum oleo ungere, penitentem in firmum episcopo consulto reconciliare, penitentiam cunctis aliis sacerdotibus iniungere) prouideto . In præcipuis festiuitatibus vel ipse solenniter celebrationem sacri impleto, vel ad eius iunctionem cui committet peragito.

Archipresbyter quoq; urbanus, si præful ibi ^{, officiū} deerit, vice eius officiū inchoato. benedictiones presbyterales in ecclesia dato. sacram quando volet ipse, vel cui iubebit cantato. Cum sacram faciet episcopus, sacerdotibus, vt se vesticētis sacris induant, qualiter ad missam procedant, cu-

De off. primi. & sacrif&at.

stodi ecclesiae, vt in sacrario propter infirmos eucharistia Christi non desit, præcipito. Infirmi ne sine confessione vel confirmatione corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi decedant, prouideto. de eo sacerdotibus præcipito. Eorum qui forinsecus adueniūt peccatorum confessiones ipse cum omnibus sacerdotibus recipito. Cum recepsit, per prouisionem pontificis magnam ipsis curam adhibeto. Ad Christianos faciundos, id est infantes baptisandos, & succurrentum, per iussionem illius sacerdotes omnia faciunto.

De officio primicerij. Tit. 24.

1. Ut pri-
micerius. PRIMICERIUS, velut Archipresbyter, Archidiacono subesto. Diaconibus & reliquis gradibus ecclesiasticis in ordine, positis præfeto. disciplinæ & custodiæ eorum insitito. Diaconibus lectiones, quæ ad nocturna clericorum officia pertinent, dato. de singulis studium habeto. In quacunque re capacem sensum habuerit absque vlla neglegētia vacato. Sin minus, hi a quo ipse iusserrit instruuntor.

De officio sacrif&at. Tit. 25.

2. Ut sciat SACRISTA quoque Archidiacono subiace-
Sto. Custodia sacrorum vasorum, vestimento-
rum ecclesiasticorum, seu totius thesauri Eccle-
siastici, item eorum quæ ad luminaria pertinent
sive in cera sive in oleo, ad eius curam spectato.

De officio custodis. Tit. 26.

TREIS ecclesiæ columnæ Archidiaconus, ^{2. Custos.}
Archipresbyter, & custos funto . hi simul
iuncti vno animo prouidè & perfectè sine inui-
dential zeloue cuncta peragunto.

Quae competit ecclesiæ, custodi commit- ^{1. Custos.}
tuntor.

Ipse in cunctis Archidiaconi sui iussioni au-
ditio , pareto . In canonicis horis & per eas sin-
gulas tintinabulorum signa Archidiacono iu-
bente pulsato . Pallia vel lintheamina altaris
seu cuncta vtensilia ecclesiæ indesinenter cu-
stodito.

Panem & vinum omni tempore ad sacrum ^{2. Custos.}
faciendum parata habeto . Oblationes omnes,
eleemosynas, decumas cum consensu Archidia-
coni absente episcopo inter fratres diuidito.

Lampadum, & laternarum, siue eas accende- ^{1. Custos.}
dere siue extinguere oportebit, discretionē ha-
beto . Si ad id minus idoneus erit: ab Archidia-
cono , vt se emendet , conrigitor . si indomitus
permanebit: Archidiaconus episcopo renuncia-
to . vt eo electo minister domui dei aptus con-
stituatur, prouideto.

De officio vicarij. Tit. 27.

DEinceps eorum qui vicariam pastoribus ec-
clesiasticis in ecclesia præstant operam of-
ficium tractator.

Eius, qui a R.o.pontifice vicarius in vrbe reli- ^{5. Sua no-}
ctus erit, iurisdictio, nisi specialiter olli conces- ^{bis.}
sum erit, extra vrbein ne extenditor.

De offi. & potestate iud. deleg.

3. Ad *hac.* Qui in aliqua ecclesia vicarius erit per ipsius personam de consensu & authoritate episcopi dicēsanī institutus adsignata ei portione, et si defūcta persona fuerit, per eum qui ei substituetur (nisi quid committet propter quod in vicaria vel beneficio cōdemnandus siet) ne amouitor. adsignata ipsi pensio ne minuitor.

2. *Prout deas.* Ipse verò & personis & ecclesiis deseruito. vnam vicariam duntaxat, nemo plureis habeto.

1. *Ad aut diuentiam.* Multò fortius qui curam animarum, in una diuersisve ecclesiis personatum indeptus, habebit, vicarius in alienis esse ne querito.

6. *Ex par le.* Præterea in quibus ecclesiis vicarias obtinent vicarij perpetui, residere, & se in Presbyteros, ut earum cura exigit, promoueri facere, per subtractionem prouentuum, vel ipsarum viciarum coguntor.

4. *Clerici eos.* Item quarum ecclesiarum vicarias clerici in Presbyteratu vel aliis inferioribus ordinibus constituti adsequuti erunt, in his alias sibi substituere ne permittuntor.

De officio & potestate iudicis delegati. Tit. 28.

II. *Sane.* **Q** uia summo Pont. delegati crunt, vi-
ces eius gerere accipiuntor. maiores
illis, quorum causam suscepint terminandam,
habentor. In hac si episcopus aliáve persona
rebellis ipsis, si contumax erit: pro facti qualita-
te interdicti suspensionisve sententia compellun-
tor. terram quoque propriæ iurisdictionis in-

Lib. I. Tit. XXVIII. 29

terdicto subiicere liceto. Omnia temperatè secundum negotii qualitatem delegatus facito.

Etsi ordinarius non erit, partes authoritate ^{5. Præterea.} apo. compellendi, contumaces ecclesiastica se- ueritate cohercendi, ac super omnibus quæ ad causam ipsam spectabunt, et si literis commissio- nis non contineatur, potestatem recipito.

Contumaces siue ad citationem iplius venire, ^{4. De causa} siue iudicio parere neglegent, pro delicti & cau- ^{sæ} ^{sis. De max} sæ qualitate secundum suum arbitrium punito. ^{illis.} si pro eo negocio pœna a canonibus expressa erit: eam infligito.

Aequè si, cum hoc liceat, personis superiori- ^{28. Pasto} bus negocium sibi delegatum subdelegabit: eas ^{ralis. in} cogito. in coactionibus tamen dignitati & per- ^{prin.} sonæ deferto.

Cum ipsis iusticiam parti exhibere præcipie- ^{1. Quia} tur, omnino mandatum eludi ne finito, tam eos ^{quesitum.} qui trahentur in causam, quam principaleis eo- rum fautores, si manifestè iusticiam impedire cognoscentur, ecclesiastica distictione coher- ceto.

Ordinarius verò, nisi de mandato sedis apo. ^{31. Cum in} certus sit, quod sibi à delegato authoritate ^{iure.} apo. mandabitur exequi ne cogitor.

Iudicis tamen mandato violenter ne resistito. ^{8. Si qua-} Sed si qui in causa cōmissa corā iudice ecclesiastis ^{do.} trāfactione vel alio modo obtinuisse se dicēt, in quibus certum sit nec institutionē canonicam, nec corporalem ipsos possessionem habuisse: vt delegatus, donec Romano pōt. rei veritas inno- fescat, in possessionem mittere differat in statu.

De off. & potest iudic deleg.

28. *Pasto-* Sin efficere apud ipsum nō potessit vt ab hoc
ralis. onere ipsum absoluat: et si iniustam sententiam
De pux. sciet, obsequitor.

quia verò. 27. *Signi-* Quod si ad delegati iudicis mandatum sen-
ficasti. tentiam ipsius suo nolet, aut, aliis resistentibus,
non poterit effectui mancipare: delegatus ipse
apo. autoritate eam exequutioni demandato.
eos qui resistēt sentētia ecclesiastica coherceto.

40. *P.* Alioquin præter eas quæ literis exprimentur
& G. personas, ad alias, etiam si consentient, iurisdi-
ctio delegata ne prorogator,

41. *Cum* Iudex verò nisi vigensimo anno peracto ne
vigesimū. dator. Infra eam auctoritatē constituto ab alio
quām à principe facta delegatio ne teneto. Si ta-
men partes scienter in eum, qui decimum octa-
uum transcenderit, consentient: ratum esto.

17. *Cau-* Dominus in serui sui causa iudex nē dator. da
sam que- tus amouetor, & alius sufficitor.

35. *Cū R.* Item socium partis concanonicum vt suspe-
ctum recusare liceto.

25. *Insí-* Atque si quis iudicibus à se impetratis, aut
sinuante. alteri eorum, sine quo alii procedere nequeant,
familiaris post impetrationem literarum effe-
ctus erit: et si coram ipsis processum fuerit, cum
recusari possint (nisi post familiaritatem con-
tractam coram ipsis aduersarius litigare con-
serit) alii recte impetrantor. Alioquin ad prio-
rum iudicium examen partes reuortuntor.

28. *Pasto-* Iudici autem à principe delegato iurisdictio
ralis. dandi iudicem à lege concessa esto. Nemo ta-
in princ. men malitiosè se exonerare querito. si is, quem
subdelegabit, renitetur: cohercere liceto. Sicut

totum negocium, ita & citationis officium cui-
libet demādere, & contēptorem punire fas esto.

Sed et si duo erunt: vni ex ipsis, quanquam si-
ne altero procedendi potestatem non habebit,^{uis-}
siue alii, siue coniudici suo vices suas commit-
tere liceto.

Personis ergo idoneis & discretis, cum graui ^{3.} Si pro
causa vel necessitate impedit⁹ causis à sede apo._{debilitate.}
sibi delegatis interesse non poterit (nisi hæ tam
graueis erunt, vt sine eius præsentia terminari
nequeant) vices suas committito.hi, si res tanti
erunt, eum à quo erunt commissi, consulunto.

Causæ quoque cognitionem, & testium exa-^{18. Cū te.}
minationem personis ecclesiasticis sententia si-
bi reseruata, si volt, committito. ab his si adpel-
labitur: nihilominus causam definito.

Cui verò id committetur, ne recusari possiet
de partium adsensu dator, recipitor. si eos qui
dati erunt pars altera vt suspectos recusassit, vel
ab eis, si fines mandati excessint, adpelläfsit:
delegatus ipse causam nihilominus definito.
quæ pars recusabit, iustum recusationis cau-
sam coram iudice ostendito.ni ostendet, vel pa-
rata erit ostēdere: quominus auditores procedat
ne impedito. si iustum causam allegabit, neque
delegatus admittet: ad R.o. pont. prouocatio
esto.Causæ sibi commissæ principium, finem,
& medium alijs delegare nō solūm coniunctim,
sed etiam diuisim liceto . Cui aliquid eorum
commissum erit, exequutor potius quàm
cognitor esto . Tam is tamen ante quem lis
contestatur, quàm per quem definitur, iudi-

^{27. Super}
^{questionem}
^{θεμα}
^{j. & ij.}

De offi. & po.iud.deleg.

ces dicuntur. Et ab eo, cui exordium vel finem
causę quis ita committit, tanquam à iudice pro-
uocatio esto. Qui sententiam feret, in his omni-
bus principio, medio, & fine vniuersa quæ in iu-
dicio acta sunt inuestigando per seipsum co-
gnoscere accipitor.

37. *Venerabili.* Cum semel in integrum vices suas commis-
serit, officio suo functus esto. alteri negocium rur-
sus demandare nequito. subdelegatus ipse nihil
contra mandati tenorem facito. si quid contra
aget: processus irritator.

29. *Ex literis.* Cum iurisdictione coercitionem recipio.
Interdicti sententiam in rebelleis promulgandi
potestatem habeto.

41. *Quo-
niam. q.
Beata.* Etsi personaliter negocium exequi iniunge-
tur: partibus consentientibus aliis delegare li-
ceto. Si tamen anquisitionem fieri, si de prælatis
*Is autem
& seq.* aliisve ministris ecclesiis prouideri mandabitur:
cuius industria & fides in id electe erunt, id ipse
exequitor. neque, si prædicare crucē, vel pœni-
tentias iniungere, excommunicare, vel absoluere
aliquos, aut cum irregularibus dispensare
mandabitur (salua legatorum sedis apo. autho-
ritate) hęc aliis demandantor. Ipse ministerium
non iurisdictionem habeto.

21. *Prude-
tiam.
Beata.
iij.* Si plureis etiam sic commissi erunt, vt si om-
nes inter se nequeant, duo nihilominus causam
exequantur: quandiu aliquis ex ipsis per certum
nuncium, vel excusatore literatoriè destinatum
se interesse non posse non ostenderit, vel alias
de hoc canonice constare non poterit, qui reli-
qui erunt ad causę cognitionem ne procedun-

to. si processint: nihil egisse reputantor. Si quis tamen interesse nequibit, nolet, subterfugiet, aut contemnet: reliqui, siue duo, siue vnuſ erunt, in causa nihilominus procedunto. Qui verò sic mandatum apo. contemnet grauiſſumē punitor.

Suscepto itaque mandato qui delegatus erit ^{14. Quo-}
partibus diem ad agēdum præfigito. si cum alio ^{niā abbas}
iudex erit: cum socium in causæ cognitione adiungito. Si sub expressis nominibus dignitatis locorum, non personarum commissio emanauit: qui præmortuo iudici, cum ei porrectum mandatum fuisset, substitutus erit, cum alio iudex esto. sententia illorum, sicut erit iusta, rata firma habetur.

Si enim duobus causa commissa erit: sententia ^{16. Causam ma-}
vnius ne teneto. Rem sic iudicatam ex inter-^{trimonij.}
gro in causam deducere liceto.

Vnde si tribus delegatis, ad duūm citationē ^{22. Cum}
altero inconsulto, nec vices suas committente ^{causa.}
decretam venisse, aut si ante citationem ipsam,
& literarum noticiam ad apo. sedem pro eadem
causa nuncium misisse reus allegabit: hæ exceptiones admittuntur. si admittæ non erunt, sed
pars respondere iubebitur: prouocatio esto.

Sed & delegatorum vno rebus humanis exem ^{42. Vno.}
pto, nisi aliud in delegatione expressum erit,
eorum officium exspirato. Compromissi in arbitris par ratio esto.

Item tribus datis cum clausula, vt si non om- ^{30. Licet.}
neis possient interesse, duo exequantur, vnuſ si
recusatus erit, vel nequibit, & alter vices suas

De off. & potest.iudic.deleg.

tertio conlege suo commiserit, posteaquā mortuus fuerit, nisi adhuc eo viuente tertius iurisdictione vti occuperit, solus officium iudicandi ne habeto. si ante mortem illius iurisdictione sic demandata vti inceperit: suas & illius vices adimplete.

27. *Super questionū* Hic verò cui condelegatus eius vices suas cōgrediēt, alteri causam delegandi, vel adpel. remota procedendi (etsi ex duobus ipsis, si pariter interesset nequeant, id in eorum commissione expressum erit, vt alter adpel. remota procedere possit, & ex iurisdictione à principe delegata potuerit) cum iurisdictione sibi à delegato commissa, potestatem ne habeto. ab hoc si adpellabitur: ad primum delegantem adpellator.

23. *Cum su per.* Et si, cum iuxta formam literarum soli procedere permittetur, altero conlega recusato, vel post sententiam officio suo functo ab ipso appellatum erit: cum hoc nihil agito. si quid aget: quasi non poscit & nolit solus procedere, confessio eius accipitor. quod à duabus factum erit effectu caret.

34. *Coram dilecto.* Iudici quoque antea dato si, postquam diuisceptatum erit, alius veritate subpressa adiungetur, vt si ambo non possint, ea prior iudex adimpleat: quem isadiunctus subdelegabit non admittere, & soli in causæ cognitione procedere liceto. sententia eius rata esto.

43. *Quo-* Si verò rite ex delegantis officio, vel de par-

niam.y. tium consensu dabitur: & ipsius subdelegatio

in prin. valeto. Sic si episcopo mandabitur, vt cum

altero suorum coniudicum mandatum exequatur: sine subdelegato ipsius reliqui duo procedere ne valento.

*Qui autem delegati semel iurisdictionem à 38. Signis
se abdicassint, nec ex partium compromissi for- cantibus.
mula resumunto.*

Porrò contra delegatum si quæ suspicionis 39. Suspicio-
causa adsignabitur: ea coram arbitris probator. cionsis.
Ad ipsos omnia quæ ad hunc articulum faciūt
pertinentio. Ipsi ad hoc terminum adsignanto.
Si discordeis erunt: delegatus ipse, vt vel in vnam
sententiam conueniant, vel tertium concorditer
aduocent, cum quo ipsi vel alter eorum id faciat, cogito. Id quoque ad explicandam iurisdi-
ctionem suam ipsi commissum intellegitor.

*Quid si lis ante mortem delegantis contesta- 19. Relatio-
ta non erit? Certè mandatum finitor, iudices ex
delegatione huiusmodi ne procedunto.*

Si tamen citationis editum ante mandatoris 20. Gratia
mortem propositum, & ita quasi ceptum nego-
cium siet, maxumè si delegantis obitum delega-
tus ignorabit, lite post mortem contestata in
causa nihilominus procedere tenetor.

Planè qui delegatus erit iudex formam sibi 13. Ex par-
statutam obseruato. Rationabiles tamen exce- te, ij.
ptiones (nisi nullas admittere iubebitur) admittito, & in causa iuxta iuris æquitatē procedito.
Ro. pōtifex nullas exceptiones admitti (præter-
quam si res notoria siet) ne mandet, videto.

Si iudici posteriores literæ quæ prioribus 2. Sane, j.
obponentur, de ipsis tamen mentionem non fa-
cientes innotuerint: Ro. pōtificē consulito, exe-

De offi.& po.iud. deleg.

quutioni vtrarunque supersedeto.

35. Cū R. Si quo loco delegatus erit pars aduersa propter multas & graucis inimicitias coram eo cōparere nequibit: qui eum impetrassit alium in eadem ciuitate vel dicecesi elegundi optionem habeto.

32. Cum
olimi j. Quæ in negocio commisso ante litem contestatam contigerint, vt si damnum datum sit, eorum iurisdictio, nisi de ipsis in rescripto mentio erit, ad delegatum ne pertineto. A procuratore simpliciter ad eam causam deputato (cum de ea tantum quæ in commissione inuenientur expressa constitutus intellegatur) ad hæc prorogari iurisdictio nequito.

4. De cau-
fis. i prin. Item si causa intra certum terminum deciden-
da committetur: eo transacto, nisi præfixus dies de partium voluntate & cōsensu prorogabitur, mandatum exspirato.

28. Pasto-
ralis. Si qua verò partium procurante ad diem ipsius adsignatam delegatum euocari contigerit: nisi partes negotium prorogari consentient, iudex ipse personæ neutri parti suspectæ, quantum ad diem illum, negotium adpell. remota audiendum committito. Cuius partis malicia id actū dicetur, digna eam animaduersione punito.

10. Con-
sultatio-
nibus. Reo tamen absente, siquidem antequam de literis commissionis mentio fieret, iusta de causa non per contumaciam se absentassit, etiam si spoliatum intra certum tempus restitui mandabitur, intra quod is qui abest adesse non posset, & impetrator testibus idoneis possessionē suam & detractionem probare paratus fiet, restitu-

tutio ne dator.

Cæterum iudex cum peremptorium adsigna- 24. Con-
bit, ne iurisdictionem suam (nisi cùm exiget ne-
cessitas) coarctet, videto. Si ad audiundos testes,
depositiones publicandas, vel sententiam pro-
ferundam peremptorium adsignabit, & adhuc
iurisdiction durabit ipsius: in diem alterā æqui-
tate suadente expectare liceto. Contumacē non
propterea iterum citare elapso peremptorio, ni-
si hanc olli gratiam facere volet, tenetor. Si iu-
risdiction exspirabit, neq; is, cui peremptoriū ad-
signatum erit, hora, qua congruē possit ipse iu-
dex ad id quod edixerit procedere, se præsenta-
bit: iudex quod intendit exequitor. Iudicialem
instantiam frustra euanscere ne finito. In tene-
bris tamen & furuo iudicia ne exercentor. Ex
qua ante noctis tenebras quod incumbit, perfic-
ci pos sit, congrua hora intellegitor.

Qui literas impetrassit si excommunicatus di- 21. Prude-
cetur: iudex, nisi qui id obiiciet vel statim, vel ^{tiam,}
intra competētem terminum id probabit, acto- ^{θεμα.}
ri, vt sine quolibet officidulo audiatur, permit- ^{sexta.}
tit. Sin eo confitente, vel aliās legitimē consta-
bit: secundūm formam ecclesiæ absoluito. Si ta-
men ob aliam iustum & euidenter causam ex-
communicatus erit: ad excommunicatorem ab-
soluendum remittito, amandato. Ipse pro qua
causa excommunicatus erit (nisi specialiter aliis
erit delegata) coram excommunicatore stato.
eius mandatum seruato. Is si quid maliciose a-
get, aut differet: delegatus eandem utroque
iurisdictionem exerceto, nisi absolutio sedi apo-

De off. & potest. iudic. deleg.

reservata specialiter erit, liberè ritu ecclesiastico exequitor. Cui principale, ei & accessoriū commissum accipitor.

36. Cum cōtingat. Quòd si eum, qui se, cum non deberet veluti post adpellationem, excommunicatum dicet, absoluī mandabitur: excommunicatore contra adfertionem probare volente vtriusque partis probationes admittūtor. ante iudex ad aliquid decernendum ne procedito. prout per eas adparbit vel absoluto (si indigebit) vel non ligatum denunciato. Sin quis se generaliter iniustè excommunicatum adseret, neque in excommunicatione intolerabilem errorem patenter expressum fuisse dicet: antequam absolutus siet, probationes eius ne admittuntor. Iuxta formam ecclesiæ protinus absoluitor. sic vtrisque probationibus admissis iustè an iniustè fuerit excommunicatus decernitor.

15. Supr eo Si de præsentatione presbyteri ad certam ecclesiā quæstio erit, & ita delegabitur, vt ad præsentationem partis, cui ius id competere cōstatbit, adpel. re. ordinet ecclesiam: id ipse neque inscio, neque reclamante dicēcesano episcopo, archipresbytero, vel archidiacono, & sine ipsorum fraude facito. ollis, si iuri suo detrahi viserint, adpellare liceto.

12. Ex parr te. j. Cum autē mandatum accipiet, vt de cuius ecclesiæ primò vacatura dignitate cui prouideat, eam quæ prima vacabit, et si specialeis super ea pro alio literæ de prioribus tamen mentionem non facientes emanarint, ipsi adsignato.

33. Cum solim. ij. Si quid ad delegantem scribendum erit: cui

scripta huiusmodi tradentur ea ne aperito, rese-
rato, sigilla ne violato. si partium alteri dabun-
tur, & hæc illa suspecta habessit: vel hæc non
recipito, vel recepta ex fide præsentato, & suspi-
cionis causam coram delegante ostendito. alio-
quin verbis ipsius nulla fides adhibetur. contra
acta quæ violassit ne auditor.

Iudex ipse, licet, cum sententiam dixerit, offi- ^{26. Quæ-}
cio suo functus esse dicatur: tamen & aduersus ^{renti,}
contumacem ante litis contestationē, & ad sen-
tentia quoq; suam exequūdā iurisdictionis sibi
cōmissæ exercitium vsque ad annum integrum
habeto.

Ea autē per se vel alium exequutioni mandata ^{9. In lite-}
cīus authoritas & iurisdictionis cessato, euanescito. ^{ris.}

Quod si literæ cause adpellationis fuerint ^{28. P. asto-}
imperatae: et si prioribus literis remota fuerit
adpellatio, dummodo ex certa scientia impe- ^{ralis}
trentur, statim prioris iudicis iurisdictionis reuoca- ^{θε μα.}
ta esto. exequutio sententiæ, donec adpellatio- ^{preterea.}
nis merita pleniū sint discussa, suspenditor.

Si à subdelegato adpellabitur, & delegatus ali ^{27. Super}
quid sibi de iurisdictione reseruassit, maxumè si ^{que stionis}
causa fuerit adpel. re. commissa: ad ipsum, non ^{θε μα.}
ad R.o. pont. adpellator. sin iurisdictionē totā in ^{porro.}
alium transtulerit: ad R.o. pōt. prouocatio esto.

De officio legati. Tit. 29.

L Egatus quoq; in sua, p̄uincia vices sumi pōt. ^{1. Cum nō}
gerere accipitor. vnde archiepiscop⁹, cū me ^{ignoratis.}
tropolitico iure duntaxat eas, quæ de episcopa-
E ij

De offi. legati.

tibus suffraganeorum suorum per adpellationē ad ipsum deferuntur, causas audire posuit, si legatus quoq; siet, vniuersas quæ per adpellationem, vel querimoniā ad ipsum peruerenterint, audiendi potestatem habet.

8. Volentes. Si quis tamen à latere summi pont. ad partes illas legatus mittetur: exequutionem officii sui, quandiu legatus à latere ibi erit, pro sedis apō. reuerentia dimittito.

2. Studiis. Commissionem quoque alicui specialiter ab apo. sede factam legatus generalis ne impedito. Sententiam, quæ iuxta formam mandati apo. à delegato rationabiliter lata erit, confirmandi & exequutioni demandandi, non tamen in ritādi, nisi speciale super hoc mandatum accepsit, potestatem habet.

5. Licet. Sed & quam rem semel examinatam ad sedem apo. deliberandam transferet, amplius eam ne examinato. Cum sic iudex esse desierit, quod faciat, in ritum & inane esto.

10. Nemini. Sanè quæ legatus in prouincia sibi commissa edet statuta, ipso eam egresso perpetua manento. si quos tamen delegassit: nisi ante eius decepsum eorum præcesserit citatio, eorumdem iuris dictio exspirato.

3. Nisi. Insuper ad ea quæ in signum singularis priuilegij Romano tātū archiflamini reseruata sunt, 4. Quod legatus manus ne extendito. vnam ecclesiā alteri subiicere, vni in aliam ius primatiæ concede-re, duos episcopatus vnire, vel vnū diuidere ne audeto. Motu proptio de vna ecclesia ad aliam episcopum transferre ne presumito. Eos tamen

qui in canonem promulgatae sententiæ inciderint propter sacrilegas in clericos manuum iniectiones rectè absoluato.

Extra commissam verò sibi prouinciam Ro. 9. Excom ecclesiæ legatis, si non à latere missi erunt, neq; ^{municatis} ibidem in alienigenas, nec his qui ecclesiarum suarum prætextu legationis dignitatem sibi vendicabunt, etiam in prouincia sua & in subditos suos, nisi speciali gratia hoc ipsis amplius conce detur, hoc permisum ne esto.

At quandiu legationis suæ terminos egressus 7. Non uit, non erit legatus, etiam ex alia prouincia in aliā, si in vtraque iurisdictionem acceperit, interdicti sententiam promulgandi potestatem habeto.

Prouinciae quoque suæ vacantes ecclesiæ 6. Dile episcopo inconsulto, & multò magis archidia- cōno qui se patronum dicet (cum hic in præ sentatione, quā ille in concessionē minus ius habeat) licet conferto.

De officio iudicis ordinary. Tit. 30.

Nunc ordinarij iudicis officium expicator. 1. Per ni ciosam.
Singularum vrbium episcopis in suis diœce sibus adulteria, & scelera anquirendi, vlciscundi, & secundum canones iudicandi libera pot estas esto. publicum quoque auxilium, si opus erit, aduocanto, adciscunto. Id ipsis ne præiudi cato, sed cū hoc ipso quæ deo sunt placita, pro sequuntor.

Conrigundis itaque subditorum excessibus, 13. Irrefra & moribus reformatiis ecclesiarū prælati pru- gibili, in princ.

De off. iud. ordinarij.

denter ac diligenter intendunto. exequutionem ipsorum, ni formam obseruādam excessint, nulla consuetudo vel adpellatio impedito, interpellato.

12. Licet. Tam autem circa viros religiosos, quām seculareis clericos suā iurisdi. subiectos crimina anquirendi & conrigundi potestatem habento. Et si quid R.o. pontifex super hoc generaliter ollis mandassit: non delegata, sed ordinaria iurisdi-
ctione facere accipiuntor. Si in hoc faciendo, cum licebit, adpellabitur: adpellatio nō ad R.o. pontificem, sed ad proximum superiorem de-
voluitur.

13. Graue. In quas tamen diœcesum suarū ecclesiās nec ordinariām iurisdi-
ctionē habebunt, nec si li-
teras huiusmodi super clericorum correctionē
acceperint, nec in ecclesiās ipsis ecclesiās subie-
ctas interdicti, nec in earum clericos suspensi-
onis sententias promulgare audento.

7. Quātū. Quos prouinciāe suā monachos, canonicos,
& alios regulareis propriū habentes & clau-
istro relictō curias principum sectātes inueniēt,
si nec ad eorum commonitionē résipiscēnt, ac
propriū sine difficultate in manibus prelato-
rum suorum secundūm ipsorum Consilium
in domus vtilitatem conuortundum dimittent,
& regularem vitam obseruabūt: prælatos ipsis,
vt id exequantur, monento. si neglegenter omit-
tent: ipsi per suspensionem officii & beneficii
adpel. re. compellunto.

**13. Irrefra-
gabili.
8. De pax.** Si cuius ecclesiā cathedralis canonici per ca-
pitulum conrigi consuerint: episcopus, vt intra

certum terminum conrigantur, moneto, iubeto. alioquin ipse conrigito. Ipsum verò capitulum si in episcopi contemptum, aut absque manifesta & rationabili causa à diuinis cessasset: episcopus nihilominus, si volt, in ecclesia sua celebrato, ad metropolitanū querelam deferto. Ipse tanquam delegatus à summo pontifice veritate cognita dignè castigato. Prælati hæc ad grauamen pecuniaue quæstum ne conuortunto.

Quæ ab ecclesiarum prælatis in clericos vel ^{Cum ad} laicos malefactores sibi subditos rationabiliter ^{ecclesiarū.} lata erit sententia usque ad dignam satisfactiōnem inuiolabiliter obseruator. Si quis plebanus (cū prælatus siet) id in suos parochianos faxit: idem esto. hià superiore fine illius conscientia ne relaxantur.

Quas enim prælatus in subditos suos poenas ^{Ad re-} canonicè infliget & superior ipse obseruato, & ^{primendā} ab aliis obseruarier imperato. Excommunicationis sententia per adpellationis obiectum ne suspenditor. Si quis eam iniustam archiepiscopo conqueretur: ipse suffraganeo tanquā coepiscopo deferto, conquerentem ad ipsum absoluendum remittito, amandato. absoluere si nolle: ipse iuratoria cautione recepta absoluito. Nisi quem ipsi legitimè constabit contra iusticiā excommunicatum, super eo de quo excommunicatus erit ut satisfaciat competenter iniungito. Si contemnet: in excommunicationis sententiā adpel. remota reducito.

Sed & si quis parochianos suos pro copula inlicita excommunicatione notasset ordinarius, &

De offi. iud.ordinarij

ipſi ab apo. ſede literas impetrabunt: quandiu iudicūm defidia, vel malicia cauſa protrahetur, ſi nec illi à coiunctione inlicita abſtinebūt, eti ab excommunicatione abſoluti ſient, ipſe eos in priftinam excommunicationis ſentenciam reuo cato. ea ipſos, donec cauſa in receptione teſtiū & aliis progressum ceſpit, ligatos teneto.

5. Expar
te.

Quos autem à ſe excommunicatos occulta tis excessibus, & falſæ cauſæ prætextu à Ro. pontifice abſolutos eſſe conſtabit, cum literis ſuis rei veritatē continentibus ad ſedem apo. remittito. ſi tamen celatae veritatis ſuſpectos tantūm habeffit: quod ipſam confeſſi fuerint, purgationem ipſis indicito.

II. Paſto ralis.
Beau. Præterea.

Si quos verò ab apo. ſede iudex delegatus pro contumacia maniſta excommunicat: hos or dinarius, præterquam in mortis articulo, abſoluere, nec ſi petitorem rei ſeruandæ cauſa in poſ feſſionem petitorum induxit, poſfeſſionem amif ſam reſtituere intra annum iuri parere volenti, & idoneè cauenti, eti delegatus deceſſit, niſi eidem ipſe in honore ſuccedet & onere, ne præ ſumito. haec ſummo pont. reſeruata ſunto. Si qui tamen id metuent, ne poſt annum aduersa riū eorum verus efficiatur poſſeſſor: coram ordinario, vel, ſi copia eius haberi nequibit, coram publicis & honestis personis cautionem, quod iuri parebunt, offerundi ac præſtandi poſteſta té habento. Sic poſt annum à ſede apo. poſfeſſionem recuperanto.

2. Si ſacer dos.

Sacerdos ſi quem cuius criminis reum certò ſciet: ſi delinquentis confeſſionem recepſit, nec

is volet emendare, nisi iudicario ordine quis probare potes sit, nominatim ne arguit. Si quis inlatum sibi damnum queretur, & iusticiam petet: authorem damni, sed non nominatim, excommunicandi potestatem habeto. Quem tamen reum sciet, ne se communioni ingerat, admoneto.

Episcopi in ecclesiis suæ diœcesis canonicam
obedientiam, subiectionem, & reuerentiam, in-^{16. Con-}
stitutionem & destitutionem, correctionem &
reformationem, censuram ecclesiasticam, om-
nium causarum ad forum ecclesiasticum de iure
spectantium iurisdictionem, pœnitentias, sacra-
mentorum, quæ ab episcopo recipienda sunt,
conlationem, synodum, eiisque sine cathedra-
tici nomine binos solidos, decumationum, &
mortuiorum quartam, visitationem annuam,
procurationem moderatam & equalem haben-
to. hęc episcopalia iura sunt. Episcopi his con-
tentī manento. Pro temporis tamen necessitate,
si manifesta & rationabilis causa erit, cum cha-
ritate moderatum auxilium postulandī potesta-
tem habento.

Inter supradicta citatio, causarum examina-^{18. Dile-}
cio, & emendae ad iurisdictionis legem non ad illas.
diœcesanam pertinentio.

Viros idoneos opere & sermone poteteis ad
sanctæ prædicationis officium salubriter exe-^{15. Inter}
quundum adsumunto. Hi plebes episcopis cre-
ditas vice ipsorum (cum ipsi per se nequibunt)
visitantes verbo & exemplo ædificanto. His, si
indigesint, episcopi necessaria subministranto.

De off. iud. ordinarij.

Tam in cathedralibus quām conuētualibus ecclēsiis viri idonei , quos episcopi non solum in hoc, sed & in confessionibus audiundis , & pœnitentiis iniungundis , cæterisque, quæ ad salutem pertinent animarum , coadiutores habere possint, ordinantur.

14. Quo-
niām. Vna verò eadēmque ciuitas siue diœcesis omnino diuersos pontifices ne habeto . Sed & in queis partibus intra eandem ciuitatem atque diœcesim diuersarum linguarum, morum, & rituum, sub vna tamen fide populi permixti erūt, pontifices earum viros idoneos prouidento. Hi secundūm diuersitatem rituum , & linguarum diuina ollis officia celebranto , ecclesiastica sacramenta ministranto , verbo pariter & exemplo instruento'. Si vrgens necessitas postulabit: episcopus catholicum præfulem nationibus illis conformem prouida deliberatione sibi vicarium constituito. Hic ipsi per omnia subiectus & obediens esto. Si quis aliter se ingesserit : excommunicatus esto. Ni resipiscet, ab omni ministerio ecclesiastico deponitor . Brachium seculare, si necessarium erit, adhibetur.

17. Ut iux-
ta. In monasteriis autem visitandis nullos seculare
reis præterquam de ecclesiæ suæ canonicis duos
trésve in decēti habitu visitationis tempore epi-
scopus introducito . alios quos expedire viderit
religiosos adiungito.

4. Cum
res. In quibus ecclesiis , cum hæ vacabunt, propter patroni dissensionem, vel colpam , aliámve quam causam ordinarii locorum personas instituere non poterunt , nec persona erit ecclesia-

stica quæ præsentationem habesit, adpella. re. cœconomos ponunto. Hi fructus percipiunto. Eos aut in ecclesiarum vtilitatem expendunto, aut futuris successoribus fideliter referuanto.

Ecclesiis sua priuilegia seruantor. Neque pri-
mates vel patriarchæ nisi quantum sacri cano-
nes cōcessint, vel illis ab antiquo prisca consue-
tudo contulit, præ cæteris quicquam habento.
archiepiscoporum qui sub ipsis erunt clerici, ni
per adpellationem causa perferatur ad ipsos, aut
ollis a sede Apo. erit indultum, aliquá ve eccle-
sia aut eius rector priua lege fulcietur, iudicium
ipsorum subire ne coguntor.

Episcopi quanquam metropolitica lege ar-
chiepiscopo subiecti sient, ipse tamen in cleri-
cos suffraganei quibusdam casubus exceptis nullam
potestatem habeto. Causas ad ipsum
per adpellationē deuolutas suffraganei sui sub-
dito delegare valeto, non tamē vt delegationem
fusciptiat, inuitum cogito.

Archiepiscopo tamen, si infirmitate aliáve i. e. Q uod
iusta causa impedietur, pro suffraganeis conse-
crandis vices suas coepiscoporum alicui, dum
& catholicus habeatur, nec gratia sedis Apo.
ipſi substracta siet, committere liceto. qui con-
secrandus ab ipſo munus consecrationis accipe-
re tenetor.

Quibus item casubus alicui ex officio com-
petit pro violenta in clericos manuum injectio-
ne excommunicatos absoluendi potestas, alij ab-
solutionem huiusmodi committere liceto.

De officio iudicis. Tit. 31.

1. *Ex literis.* **A**D officium iudicis etiam delegati aduocari. Atum parti non habenti dare pertinet. Is etiam domesticum suum dare valeto.

2. *Iudicis.* Officium iudicis si pro actione proponitur: lis contestator, alias necessarium ne esto.

De maioritate & obedientia. Tit. 32.

6. *Solite.* **A**D vniuersalis ecclesiæ regimen & firmamē-
Atum duo luminaria magna à deo constituta
habentor. Pontifex in spiritualibus, Imperator
& Rex in temporalibus eos qui hæc ab ipsis
percipient, antecellūto. Illius maior authoritas,
horum minor potestas esto. Hi gladii potesta-
tem in eos tātūm, qui gladio vtentes eorum iu-
risdictioni erūt subiecti, habento. Sacerdotibus
& pontificibus suis reuerenter vtuntor. ab his si
rationabiliter admonebuntur, increpabuntur:
sufferunto, parento. Romano pontifici oves
Christi commissæ credunctor. qui ipsum magi-
strum & pastorem non agnoscat, à Christi ouili
extorris esto. Ille quodcumque ligandi atq; sol-
uendi à deo datam potestatem habeto.

5. *Iud.* Eius iussionibus nullus, etiam si episcopus,
contrauenito, alias inobedientiæ notam in-
currito.

4. *Omnis.* Episcopis quoque principes & cæteri ho-
mines obediunto.

2. *Si quis.* Qui contra decretum eorum venerit, ab ec-
clesia abiicitor, anathematisator.

Episcopus quos abbates & sacerdotes sibi ^{9.} *Q uod*
diœcesana lege subiectos habessit, ad suam sy- *Super his.*
nodum (nisi tamen in ea quicquam contra ca-
nonica decernet agere instituta) per censuram
eccle. venire, sibique debitam reuerentiam &
obedientiam præstare compellito.

Monasteriorum etiam canonici regulares ^{10. Cum}
priori suo in his quæ ad ipsum pertinebūt obe- *in ecclesiis*
diunto. si contumaces erunt: ipsos prior ex-
communicato. Antequam de obedientia priori
præstanta iuramentum corporale præstiterint,
ne absoluuntor. Id si contempsint: de fratum
confortio excluduntor.

Alioquin prælatus, quandiu voluntario ipsi ^{3. Lege.}
officio à subditis reuerentia impendetur, nec, *vt batur.*
sponsionis scribura se obligent, cogito.

Abbatissæ suæ canonicæ regulares, & clerici ^{12. Dile-}
ciius iurisdictioni subiecti obedientiam & reue- *etia.*
rentiam impendundo. eius salubria mandata &
monita obseruant. alioquin qui ipsos ad id cē-
sura eccle. compellat, deputator.

Capellarum Cardinali ecclesiæ subiecta - ^{11. His}
tum Presbyteri & clerici Cardinali ipsius ma- *que.*
nualem obedientiam, reuerentiam, & hono-
rificentiam exhibento. ad ipsam ecclesiam pro
scrutinio, baptismo, & capitulo celebrando
temporibus consuetis conueniunto, conre-
ctionem Cardinalis humiliter requirunto, ex-
communicationis, interdicti, vel suspensionis
sententias in ipsos & ecclesiis eorum latas ob-
seruant. Ecclesia Cardinali vacante omnia hęc
eidem ecclesiæ reuerenter exhibento, conre-

De maioritate & obedientia.

Etio tamen, excumcommunicatio, & suspensio ipsorum sedis apostolicæ prouidentiæ reseruantor.

14. Cum
olim.

Abbatum quoque episcopo subditorum electiones ecclesia cathedrali vacante capitulo ipsius confirmandæ vel infirmadæ præsentantor.

16. Cum
in serio.

Cæterum inferior in potiorem etiam in eius territorio existētem, et si olim subiectum ipsum eiusque territoriū habuerit, cum postea ad maiorem ordinem adscenderit, utpote ecclesia ipsius, cum in cuius Archidiaconi territorio esset, in cathedralē erecta, iurisdictionem ne exerceato. Episcopus tamen seu Archiepiscopus, qui sic Archidiaconi iura lēserit, in diœcesi sua absque alieni iuris præiudicio compensationem solli congruentem facito.

8. Inter
quatuor.

Si quas autem ecclesiās, quæ ante minimè sibi respondebant, aut ab ipsius iurisdictione exemptas, etiam patriarcha sibi subiici, & à prælatis ipsorum obedientiā præstari postulassit: in præiudicium eorum, queis ipsæ subiectæ erunt, aut contra exemptorum statum, maximè in eorum absentia nihil immutator.

17. Hu-
miliis.

Porrò inter vicinos archiepiscopos si de iure primatiæ seu patriarchatus controuersia erit: pro eo cui iura liquidiora suffragabuntur R. Pontifex prouideto. Prælatorum alterius prouinciarum in ea præsentium, & capitulorum cathedralium, eiusque ecclesiæ pro qua prouisio erit super hoc adsensus requiritor. ante prouisio facta ne publicator. si qui consentire nolent: supersedetor. ipsis, si prælati erunt, ut personaliter, sīn alij, ut per procuratores idoneos Apo-

sedem adeant, præcipitor. Ibi ius suum prosequuntor. si succubent: parti alteri in expensas condemnantor.

Patriarcha autem in iuramento à suffraganeis ^{13. Dile-}
suis exigundo ea forma qua R^o. Pontifex in ^{cti.}
coepiscopis ipsi immediate subditis, contentus
est^o. Si præter eam iuramentum exiget: et si
consuetudinem prætendet, his articulis episco-
pus ne tenetor.

Quos ordinis sacri conlatione R^o. Pontifex ^{7. Per}
honorauit, ipsorum episcopi inter alios sibi sub- ^{tus.}
ditos eis deferunto. non tamen per hoc ipsi ab
obedientia, quam aliæ episcopis suis debent,
absoluti sunt.

Sed & qui prius ordinatus erit, ipse prior & ^{1. Cum}
maior habetur. Hæc honoris distinctio est^{o. certum.}

Qui tamen aliæ in ecclesia maior erit ordine, ^{15. Statu}
et si postea receptus erit, in portione percipiun- ^{misi.}
da potior est^o. Presbyteri primum, diaconi se-
cundum, hypodiaconi tertium locum tenento.
Minores seruitia consueta faciunto.

De induciis & pace. Tit. 33.

EPISCOPI omni trepidatione seposita ad ^{1. Trugias}
pacem firmiter tenēdam mutuam sibi opem
consilium adferunto, hoc nullius amore odio
prætermittunto. si quis in hoc tepidus erit: dam-
num propriæ dignitatis incurrito. Ut induciæ a
quarta feria post occasum solis ad secundam vñ-
que feriam in eius ortu ab aduentu domini vñ-
que ad octauas epiphaniæ, & a septuagesima vñ-

De Pactis.

que ad Octauas Paschatis inuiolabiliter obseruentur, præceptum esto. si franget quis, neque post tertiam admonitionem satis faciet: episcopus in eum sententiam excommunicationis dictato. scribtam vicinis episcopis adnunciato. hanc quisque eorum confirmato, nullusque excommunicatum in communione recipito. si quis hoc violassit: ordinis sui periculo subiaceto.

2. *Innomus.*

Presbyteri, monachi, conuorsi, peregrini, mercatores, rustici eunt, redeunt, agros colentes, & animalia quibus arabunt, & ad agrum semina portabunt, etiam in bello securitate lœtantor. Pax seruator.

De Pactis. Tit. 34.

1. *Anti-gonus.*

PACTA custodiuntor.

3. *Quali-ter.*

6. *Cum clerici.*

5. *Acce-pimus.*

8. *Pactio-nis.*

Quæ promittuntur, opere complentur.

Nemini tamen quod facilius ecclesiæ indipiscatur decedentibus earum personis, pensiones ipsarum maiores soluere pacisci licet. qui securitate ecclesiastica puniuntur.

Cum item ecclesiæ concedentur, si ut alii nominatim succedant, conueniet: fruolum & inane esto.

Etenim in spiritualibus omnis omnino pactio, conuentio cessato. pro iis obtainendis si quæ facta erit, aut in aliis si quæ conuentiones obseruatæ vergent in animæ detrimentum: nullius momenti sunt. turpe vel rei turpis, aut impossibilis de iure vel de facto pactum nullam obligationem inducito.

Ideoque

Ideoq; si super ecclesiastico beneficio lis erit: ^{4. Cū p̄t-}
 nec, vt pro expensis pecunia detur alteri vt liti ^{dēm.}
 cedat, conuenito.

In conuentionibus super hoc ineundis, & a-
 liis in quib^s summi pōt. cōsensus expectabitur, ^{2. Quo-}
 eas rati habitio pro partium securitate solidato. ^{tieni.}

Planè nullis clericis cum domos locabunt, aut
 feuda concedent, vt ipsis decumæ soluantur, &
 apud eos sepultura elegatur, neque quid aliud
 in præiudicium ecclesiarum parochialium cū
 conductoribus & feudatariis conuenire liceto.
 si quid occasione paſti huiusmodi percipietur:
 ecclesiæ parochiali redditor, restituitor.

De transactionibus. Tit. 35.

T Ransactionum quoque pacta, quæ pro litii-
 bus sedandis fient, perpetua sunt.

Cum transactione decisa cōtrouersia erit, par- ^{1. Sicut}
 tium iura, priuilegia, & instrumenta viribus va- ^{grauie.}
 cua sunt, sola postremorum pactorum pagina
 valida & perpetua esto. si quid imperitia, aut
 incuria minus firmum esse metuetur: vires
 plenissimè notionis autoritate Ro. pont. su-
 scipito.

Inter ecclesiarum verò personas facta super ^{8. Veniens}
 decumis transactio, ni superioris authoritate cō-
 firmata siet, successoribus earum ne obstat.

Sic si quis literis ad extraordinarium iudicem ^{5. De ca-}
 impetratis cum aduersario suo componet, post- ^{tero.}
 modum in ecclesia de qua agetur ius aliquod
 habiturus: episcopus quidem loci compositio-

De transactionibus

nē, nisi iuri contraria erit, ne reprobato. Qui tam
men census sub hoc p̄t̄extu eccl̄iae, cui p̄t̄-
fit, sine episcopali authoritate solutus erit, vitā
eius qui soluerit ne excedito.

2. Statui-
mus. Sed inter quos & personam ecclesiasticam de
episcopi vel archiepiscopi sui ad sensu super de-
cumis compositio facta erit, rata persistito.

3. Contin-
git. Item quam transactionem abbas, vel conuen-
tualis eccl̄ie prior super lite faxint, si à capitu-
lo suo de rati habitione literas habessint, capi-
tulum eam, si fuerit aliquot annis seruata, quasi
non consenserit, reuocare nequito.

4. Ex par-
te. Iudici quoque ad componendum partes suas
interponere, & interdum seueritati detrahere
pro loci statu & excedentium multitudine, æ-
quitate seruata, semper in humaniorem partem
inclinando, prout personas, loca, & tempora po-
stulare viderit, liceto. In matrimonio verò &
aliis super quibus ius inuenietur expressum, à se-
ueritate canonica ne recedito.

5. Super
eo. Planè super rebus sacris litigiosis nemo tran-
sigito. vt hæ aliquo dato, retento, promisso pos-
sidentur, simoniæ speciem habeto. quominus
tamen gratis & amicabiliter inter se litigantes
componant, ne obstat.

6. Consti-
tutus. Cæterū lité super beneficio cœptā & trans-
actione sumpitam, ac vltro citroq; fide p̄st̄ita fir-
matam ea in irritum reuocata résumere liceto.

7. Ex lite
ris. Quod si coram iudice forte fiet transactio:ter-
tius, qui author eius eidem interfuerit, eius men-
tione non habita super beneficio ipso literas à
Ro. pont. impetrare nequito.

Si de præsentatione ecclesiæ quæstio erit: vt 9. *Præ-*
præsentationem vnu habeat, & alter nouam *terea.*
vel solita maiorem percipiāt portionem, transi-
gi nequito. si fiet: ne valeto.

Sed & spiritualem subiectionem matrici ecclie 10. *Præ-*
siæ debitam annuo censu per transactiōne redi-
mere subiectę ecclesiæ ne liceto. si ita transactū
erit: simoniacam prauitatem continere putator.

De postulando. Tit. 36.

HAc tenus iudicū officia, & pactorum con-
ventiones, deinceps eorum qui coram iudi-
cibus stant, siuum, vel amicorum desiderium ex-
ponentes, vel alterius contradicentes, officia ex-
plicantor. Inter hæc eorum qui postulabunt pri-
mæ partes sunt.

Hoc neque hypodiaconi & supra, nec in mi- 1. *Clerici.*
noribus ordinibus constituti, si stipendiis ecclie
fiaſticis ſuſtentabuntur, coram ſeculari iudice
in negoциis ſecularibus exerceſento.

Si tamen pro ſeipſo, vel ecclie ſua, vel, cum 3. *Cum ſa-*
necessitas erit, pro coniunctis, vel miserabilibus *cerdotis.*
personis id facient: ſic prodeſſe liceto. Clericus
autem qui contra eccliam, à qua beneficium
obtinet, pro extraneis vel aduocatus vel procu-
rator erit, ingratus beneficio ipſo ſpoliator.

Neque monachi, neque canonici regulareis 2. *Ex par-*
forenſis, vel eccliaſticī negoциj ſuſceptores, vel *te.*
exequutores, niſi id monaſterii utilitas expoſcet,
abbate nihilominus imperante, ſunto.

NVnc de procuratoribus per quos aliena negocia, & iudicia peraguntur, tractator.

10. Accē
2.23.

Eorum ordinatio libera esto. quod si quis in aliena potestate erit: iudex, ut plenē libertati restituatur, & procuratorem securè cōstituat, prouideto.

2. Quere-
lante

Procuratorem autem in graibus causis nemo inuitus constituere cogitor. si cui dies dicetur infirmus erit: ad cōstitūtum terminū, qui hoc probet, excusatorem mittito. si ita faxit, nec alia rationabilis causa erit: expensas aduersario restituere ne cogitor.

12. Conſti-
tutio-

Alioquin & qui conuentus procuratorem ad defendendum ſufficientem non relinquet, quaquam ad agendum reliquerit, si sic abibit inlicentiatus, contumax reputator, parti in expensas taxatione præhabita condemnator.

5. Tunc f.

Qui vir vxorem suam adulterii ream coram iudice ſeculari faciet ad legitimam pœnam inſigundam, is inſcriptionis vinculum arripito, ſe ad talionis pœnā aſtrigito, per ſcipſum preſens adcuſato. Sin coram eccleſiaſtico iudice ad cohabitationis diſſolutionem aget: cum locum, tempus, nomen, & alia, quæ lex ciuilis iubet, inſcribit, ſe ad talionem ne obligato. Si neceſſitas poſtulabit, vt per procuratorem adcuſet, fuſtinetor.

7. Quia
in cauſis.

Vniuerſitati in cauſis quæ contra ipsam & pro ipsa mouentur ad agendum & defendendū procuratorem cōſtituere liceto.

Qui ab vniuersitate ad impetrandum verbi gra- 15. Consul-
tia constitutus erit procurator, et si maiores & ^{ti.}
iurati eiusdem, cum is constiuetur, excommu-
nicati erunt, nisi hi in literis procuracyonis erūt
expresi, vel alias eorum authoritate erit institu-
tus, aut tales ipsos esse sciens communitas vnā
cum eis procuratorem constituet, ne repellitor.

Cæterum procuratorem etiam ad futuras con 14. Non
trouerias dare, & filiū familias instituere liceto.

Porrò nemini, nisi instructus cum mandato
lega' iter facto, & constituentium, testiūmque
subscriptionibus roborato, ac gestis ex more in-
dicto veniet, tanquam procuratori creditor.
alioquin quod alterius nomine cum alio actum
erit ne subsistito.

Si tamen vicarius & procurator generalis quis 9. Petitiō.
datus ab episcopo forte erit: et si neque actor,
neque syndicus dicetur, si id voluisse consti-
tuenter ex tenore instrumenti liquebit, liberā
pro ipso agendi & respondēdi potestatē habeto.

Procuratore huiusmodi generali ad omnia 11. Dilec-
negocia constituto & relicto, si absens dominus ^{etius.}
citabitur: terminus competens intra quem do-
minus consulēt, cōtendat an quæstioni cedat,
olli, si petet, conceditor. ni concedetur, prouo-
catio esto.

Quod si plureis procuratores diuersis tempo 14. Non
ribus dati sient: dato posteriore prioris procu- ^{in iusfe.}
ratio reuocata esto. si simul dati erūt: qui prius ^{de ux.}
procurationis officium occupassit admittitor. ^{qui licet.}

Si cui procuratori præsentibus testibus qui 3. Ex insi-
constituit inhibesit, ne causæ cognitionem sū- ^{nuatione.}

De procuratoribus

scipiat, et si is contrariam sententiam reportas-
fit, domino ne officito. Si quis testium, qui inhi-
bitioni adfuerint, decessit: ipsius domini pro
causæ, & personæ qualitate, & alterius supersti-
tis iuramento stator.

13. *Man-
dato.*

Verum post litem contestatam si reuocabitur,
& hoc aduersario, vel iudice ignorantie fiet; iudi-
cium, quod postmodum quasi procurator ex-
pertus erit, ratum esto.

8. *Audi-
tis.*

Sed & super qua causa antequam reuocationis
literæ ad procuratorem peruererint erit hinc
inde in aliquo incidenti conclusum, sententia
nihilominus fertor. Cuius partis dispendio reu-
cationis facta erit, aduersarius ei expensas tam quas
a tempore acceptæ per procuratorem reuocationis
faxit, quam quas faciet donec pars ipsa per se vel
per procuratorem legitimè compareat in prin-
cipali negocio processura, sarcire damnas esto.

4. *In no-
stra.*

Alioquin falsi procuratoris exceptionem non
solùm ante sententiam sed etiam postea obiice-
re liceto. Ea probata iudicium nullum, & nul-
lius momenti controuersiæ cum tali procurato-
re habitæ, si iudicium fortè cū aduersario post
reuocationem acceptam ingressus fiet, aut si iu-
dices imprestassit, reputantor.

14. *Non
in iuste-
tē pote-
potuit.*

Procurator in quo cōtra dominum lata erit sen-
tentia superioris audientiā adpellare, vel, si iusta
causa excusabitur, domino, vt adpellet, conte-
starier, non tamen adpellationem prosequier in-
uitus tenetor.

6. *Cū pro-
causa.*

Suscepto negocio qui mādassit dominus, pro-
curatori quas faxit expensas restituere cogitor.

De Syndico. Tit. 38.

Serui dei à strepitu causarum quieti sunt. A Sicut.
 Slitigiis forensibus monachi submouentor.
 Qui negocia eorum, & generaliter monasterii
 disponat, constituto salario syndicus ordinator.
 hæc ipsi commendator.

De his quæ vi metusve causa fiunt.

Tit. 39.

Væ vi metusve causa fiunt firmitatis robo 4. Ad
 re carento. vnde si quis ecclesiam in- audientiæ
 deptam resignare ita iurassit, & resignassit, me-
 tusque talis erit, qui in virum constantem cade-
 re potessit, debessit: ecclesiam repetere ne pro-
 hibetur, hæc ei restituitor.

Verbi gratia: si quis amittudi patrimonii me- 2. Ab-
 tu iusto coactus ecclesiam suam abiurassit: olli bas.
 cum integritate vniuersa restituuntor.

Ei si in rebus ipsius violentia facta erit: ea per 7. Super
 testes, singula quæ amissa erunt per eius sacra- eo.
 mentum probantor. pro personarum ac nego-
 cii qualitate ab iudice taxatione facta, qui vim
 faxit in estimatione rerum amissarum iuramen-
 to aduersarii declarata condemnator.

Alioquin regulariter quæ violentia neq; me. 6. Cum di-
 tum mortis, neque cruciatum corporis continet lectus.
 fit, in constantes cadere non debere putator. Iu-
 dex quæcunque iuramenta seruata non vergent
 in æternæ salutis dispendium, præstata seruare
 cogito, periuriis viam ne aperito.

F. iiiii

De integr. restituzione.

3. Ad au-
res.
*Perla-
tum.*

Si quis laicorum terrore electioni de se canonicè factæ renunciassit: nisi iuramento vel fide confirmata erit renunciatio, quominus ecclesiæ, ad cuius regimen electus erat, præficiatur, ne officito.

Cui verò religionē ingredienti nec mortis timor intentatus siet, aut si quis quod ita faxit ratum gratum postmodum habessit, si de monasterio egredietur: ad illud reuerti, & depositum habitum readsumere censura ecclesiastica compellitor.

5. Sacris.

Nemo pro vlo metu peccatum incurrito. Si quis sic excommunicatis cōmunicassis: excommunicationis labe inquinator. metus colpā ad tenuato, non excludito. Vis tamen si erit & coactio: quia pati magis quam agere dicetur, ex communicatione ne tenetor.

De integrum restituzione. Tit. 40.

CVm autem ecclesiis per prælatos, procuratores suos, & syndicos, de quibus ante dictū est, aliisq; personis saepe non modica detrimenta inferantur, vt ipsæ seruentur inlæsa sanctior.

1. Requisi-
tum.

Ecclesia minoris instar semper inlæsa seruator. Quæ bona ipsius in eius damnū data erūt, si læsa erit, & manifestè damnum ipsius adparerit, ad ipsius ius & proprietatem reuortuntor. Si tamen possessiones erūt laicis sub annuo censu concessæ, easque coloni suis expensis ac labore meliores reddiderint: sumptibus bona fide factis ne defraudantur.

2. Consi-
stutus.

Minorum autem si bona fortè materna etiam

emancupatorum cum eorum dispendio distracta iuris solennitatibus obmissis erunt: vt nulla venditio nunciator. Si quæ possessiones proximorum in alienos translatae, cum consuetudo permittet, intra statutum tempus reuocatae non erūt: oblatio pretio in integrum restitutio dator.

Etsi inter duas ecclesias controuersia erit, & s. Audi-
in ea conclusum siet, si tamen vtraque pars ne-
cessariam probationem obmissit, vtraque con-
tra reliquam ad obmissam rationem probādam
restituitor, admittitor.

Post sententiam quoque aduersus ecclesiam 2. Cum ve-
latam, si procuratoris ipsius neglegentia eius iu- nissent.
ris quod protestatus fuerat, probatio, si cuius in-
strumenti exhibitio erit obmissa: id in ecclesiæ
dānum ne redundato, ecclesia ad audientiam
restituitor.

Contra quem absentem peremptorio tamen 4. Ex li-
adsignato citatum per fraudem sententia obtē- teris.
ta erit, & ad plenum de fraude constabit, huic
supplicare & restitui permisum esto. si pro ma-
trimonio postulabitur: etsi nec ad plenū cōsta-
bit, sed simplici querētis iuramento, in fauorem
matrimonii supplicans ad audientiam admitti-
tor. Sententiæ, contra quam restitutio petetur,
effectus impedito.

Si tamen excogitatæ maliciæ præsumptiones 6. Susci-
erunt: hæc ante omnia exequutioni mandator. tata.
ab eo pro quo lata erit, quòd altero præualente
vniuersa quæ medio tempore eiusdem sententiæ
occasione percepit, restituet, assiduus vindex
idoneavé cautio dator, recipitor, sic partium dā-

De in integr. restitut.

nis & detrimentis obuiator.

5. *Tum ex literis.* Denique sententiam quoque Romani Pont. si quid ipsi subreptum , si quid ab ipsa pro temporum, ætatum, aut grauium necessitatum consideratione dispensatiuè ordinatum erit, in melius commutare liceto.

9. *Causa.* Causa autem restitutionis in integrum coram iudicibus ordinariam administrationem habentibus, vel delegatis ab eis, siue speciale mandatum habebunt , siue in commisso ipsis negocio incident, tractator, finitor . De hac neque ab ordinariis, qui tantum iudicandi facultatem, nō etiam administrationem habessint, delegati, neque arbitri, ni incidenter mouebitur, ut nec hi de matrimoniali, liberali, vel criminali causa, cognoscunto. Hæc ad maiorum gentium iudices deferuntur.

5. *Tum ex literis.* Cum de restitutione quæstio erit, de hoc partibus præsentibus cominus decernitor . earum adsertione causæ merita panduntor . si propter locorum distantiam sæpius ad partium alteram sine magnis laboribus & expensis recursum haberier haud potis erit: peremptorius olli terminus semel adsignator. Si comparere contemnet: nihilominus in negocio quantum de iure poterit proceditor.

7. *Coram.* Quibus verò peremptorius terminus sic erit adsignatus, cum causæ munimentis sufficienter instructi veniunto. si ad instructionem causæ dilationem petet: repelluntor. si tamen ipsi, vel cù speciali mandato procurator in integrum restitutionis auxilium implorabut: indulgere liceto.

Certè si etiam alicui ecclesiæ beneficium hoc ^{io.} Bene-
semel in vno iudicio denegatum erit, restitutio, ^{fictio.}
præterquam si adpellare obmisit, aut nouas de-
fensiones habebit, denegator.

*De alienatione iudicij mutandi cau-
sa facta. Tit. 41.*

NE M I N I ad aduersarii grauamen potentio- ^{z. Ex par-}
rum auxilium aduocare liceto. qui secus fa- te.
xit, iacturam cause subito. Quæ per iudicium se-
culare dirimundæ erunt quæstiones, clerici ut
ad suum forum trahant aduersarios, precio, do-
no, munere sibi cessas earum actiones ne reci-
piunto. cessions & emptiones litium cessanto.

Contra quos commisionis literæ erunt ab ^{1. Ex quo-}
apostolica sede obtentæ, neque si antequam ci- ^{rundam.}
tetur adpellassint, neque si possessionem de qua
controversia erit commutassint, neque si se ab-
sentassint, mā datum euacuator. qui se in posses-
sione ingessint, sub datorum iudicium examine
iuris æquitati parere coguntor.

De arbitris. Tit. 42.

DE iudicium officio & potestate hactenus,
nunc arbitrorum iura tractantor.

Quos inter causa erit, ex communī placito ar- ^{1. Sanè.}
bitros aut vnum aut treis elegunto. si treis erunt:
aut omnium aut duū sententiam sequuntor.

Huiusmodi autem compromissum de incerta ^{12. Inno-}
persona in arbitrum adsumenda ne teneto. Id- ^{tuit.}

De Arbitris.

circo super qua causa in duos nominatim compromissum sic erit, ut discordantibus ipsis iudices eiusdem causæ tertium nominent: neque si iudices ipsi partes ad arbitrium obseruandum cogendi potestatem sibi retinessint, alterius arbitrorum cum electo arbitrium seruari faciunto. si facient: prouocatio esto. si post excommunicassint: excommunicationis sententia nulla esto.

11. Cum à nobis. Si tamen alicuius, in quem expressè compromissum siet, vel duūm mediatorum, quos deputabit, arbitrio, sub certa pœna precisè pareri promissum erit: quod per mediatores ab ipso deputatos erit actum confirmator.

4. Dilecti. Porrò fœminæ, quanquam summæ opinionis, si arbitrium in se suscepint, si patronæ inter libertos audientiam suam interposuerint, ab omni iudiciali examine separantur. ex earum prolatione nulla pœna aduorsus contemptores, nulla pacti exceptio habetur. à publicis officiis remotè funto. sicuti tamen consuetudo adprobata pro lege seruabitur, & talis erit, ut præcellentes fœminæ in subditos suos ordinariam iurisdictionem habeant: compromissum in ipsas factum ratum esto. Quam arbitrii sententiam ferent per pœnam in eo adpositam seruator. Hoc in temporalibus quoque ecclesiæ bonis, de quibus in ipsas compromissum siet, ius esto.

8. Continuit. Alioquin super spiritualibus in laicam personam ne compromittitor. Laicus in his ne arbitratur.

9. Per tuas. A duobus tamen laicis & uno clérico autho-

ritate iudicis delegati ac de ipsius ad sensu elec-
tis quod super delegata ipsi causa quanuis spi-
rituali feretur arbitrium scruator. Si quis procu-
rator sine speciali mandato compromittet: post-
quam ex parte domini receptum erit arbitrium,
ratum habet, exequutioni mandator. alioquin
si non receperit, & pena compromisso erit adpo-
sita: ad eam agitor. Si nulla, sed simpliciter sen-
tentiae stari compromissum erit: procurator ad
interesse conuenitor, iuramento suo personaliter,
non dominus, obligatus esto.

Sed & compromissum in compromittentis ^{14.} Com-
hæredes, ni de ipsis cauebitur, ne extenditor. ^{premis-}

Item alterius compromittentium morte fini- ^{sum.}
tor. Si tamen elegentium votis in duos diuisis, ^{10. Ex}
coram superiore de electionis duorum iure tra-
ctari cœptum erit, & in ipsum compromissum:
eorum altero mortuo nihilominus ordinaria au-
thoritate de electionis meritis cognoscitor. ante
ad aliam ne proceditor.

Ceterum locorum ordinarij de arbitrio, quod ^{2. Non}
super ecclesiastico beneficio latum erit, cognos- ^{sive.}
cuto. Id si æquitate subnixum noscent: ad ob-
seruantiam ipsius partes compellunto. Si quid
nequiter ac perperam arbitratum erit, si simo-
nia prauitate alterum pecunia mediante benefi-
cio cedere statutum fiet: id inconrectum ne
reliquo. eos qui iurassint ab obseruantia iu-
ramenti absoluunto.

Sic & arbitrium quod contra libertatem ec- ^{5. Cum te-}
clesiæ ad ius & proprietatem Romanæ ecclesiæ pote.
pertinentis ex eiusdem ecclesiæ rectoris com-

De Arbitris.

promisso latum erit, inualidum esto . priuilegiis vel indulgentiis libertatis huiusmodi rector ecclesiæ sine licentia R.o pont. renūciare nequito.

Eadem ratione si clericus cum laico super re pecuniaria compromittet, & ecclesiæ ipsius perniciosum impostorum feretur arbitrium , vt si decumæ eius concedentur : nullum esto . nemo hoc prætextu res ecclesiæ vendicato.

3. Perue-
nit.

11. Expos-
ita.

Insuper cuius discordiæ arbiter quis sumptus erit, neque si principis literas accepit, vt ad cōponendum laboret inter partes, sententiam aliâs inter ipsas latam immutare , neque sotitas per eam querimonias fuscitare licere putato. Quod contra sententiam latam faxit in inritum reuocator . qui obsides compromissi dati erunt restituuntur .

6. Cum
dilectus.

Arbitri enim de iis tantum , super quibus in eos compromissum erit, cognoscunto. vnde coram ipsis(licet in iudicio secus) conuento recōuenire ne liceto.

7. Cum
plum.

Si super elegundo rectore hospitali controuer-
sia arbitrio ita dirempta siet , vt super eo inue-
niūdo quis cum familia hospitalis tractare, eiūs-
que consilium habere debeat: nisi id faxit, elegū-
di potestatē ne habeto. si alio modo eleget: ele-
ctio inrita esto. At verò consilio & tractatu ha-
bito, et si cum eo discordassit familia , liberè re-
ctorem elegito.

PRIMI LIBRI
FINIS.

LIBER SECUNDVS,

DE IUDICIIS. TIT. I.



R A E L A T O R V M ecclesiæ officia
superiore libro tractata sunt. Nunc
de iudiciis ipsorum disponitor.

Ecclesiastica negocia laici ne tra- 2. *Decer-*
etanto. Episcopi, abbates, archiepiscopi, & alii *nimus.*
ecclesiarum prælati maximè quæ spiritualia sunt
laicorum iudicio ne disponunto, propter eorum
prohibitionem iusticiam ecclesiasticam exerce-
re ne dimittunto.

Superiorum hæc exempla sunt. Causa iuris 3. *Quanto*
patronatus spiritualibus causis coniuncta & cō-
nexa esto. ideo non nisi ecclesiastico iudicio
diffinito.

Item qui ab ecclesia possessiones clientelari 5. *Cateriū.*
iure sive in feudum tenet, in ipsius episcopi pre-
sentia super his iusticiam exhibeto. quandiu id
facere parati erunt, occasione illarum in eos epi-
scopus neque interdicti neque excommunicati-
onis sententiam promulgato.

Clericus insuper de omni crimine coram ec- 8. *Clerici.*
clesiastico iudice conuenitor. in hoc nulla con-
suetudine canonibus præiudicator.

Itaque clerici quanquam coram seculari iudi- 4. *At si*
ce coniucti, vel de crimine confessi erunt: huius *clericis.*
ergo à suo episcopo ne condemnantur. Neque
enim sententia à non suo indice lata, neque co-
ram tali confessio facta valento. Sin coram ipso
episcopo id actum erit, & crimina tanti erunt:
vel à suis ordinibus ab ipso suspenduntur,

De Iudiciis.

vel ab altaris ministerio perpetuò arcentor. De adulteriis tamen & aliis minoribus criminibus cum clericis post peractam pœnitētiā dispen-sandi potestatem habeto. Quem pro suis excessibus deponet non actutum curiæ seculari tra-dito. officio suo functus esto. Hūc duplici con-tritione ne conterito.

10. *Cum non ab homine.* Hæc ergo series esto. In quocunque ordine constitutus erit deprehensus in crimine & legiti-mè conuictus clericus, ab ecclesiastico iudice deponitor. Post si incongribilis erit: excom-municator. contumacia crescente anathematis mucrone feritor. Si contemnet, neque ecclesia quid vltra faciat habes sit: per secularem pote-statem comprimito. Exilium olli deputator, aliavé legitima pœna infertor. Aliorum perdi-tio ne siet, cauetor.

17. *Qua-liter & quando.* Alioquin clerici omnino à laicis ad iudicium seculare ne trahuntor. Id vt ne fiat, prælati laicis occasionem dare cauento, laicis de clericis con-querentibus plenam iusticiam exhibento, quas hi in eorum grauamen frustratorias adpellatio-nes interponent ne obstanto.

13. *Nouit* Summi pont. iurisdictionem nullus rex, neque regis summus pont. impediūto. Idem pont. iux-ta mādati diuini formulam in peccatis ad ipsum post conreptionem euangelicam delatis, etiam aduorsus reges maxumè de rupto fœdere dela-tos, procedito. peccati censura ad ipsum perti-neto. eam in quemlibet exerito, exerceto. De quolibet capitali peccato quemlibet christia-num conripito. Si conreptionem contemnet;

per

per distinctionem ecclesiasticam coerceto. nulla apud ipsum prosopoprysia esto. De beneficio tamen clericelari aduersus principes ad quos iudicium spectassit, ni contra speciale priuilegium vel consuetudo siet, ne iudicato. Imperator pontifici caput submittito. eius monita, cum tanquam homo peccassit, necessario suscipito. Contra eum si quae querela coram ecclesia proposita erit: vel summi pont. mandato pareto, vel exceptionem legitimam exprimito, ac de querimonia de plano cognoscitor. Iuris iurandi contempta religio ad iudicium ecclesiae pertinet.

De priuilegiis autem apo. sedis, cum causa ^{12. Causa} super ipsis vertetur, per alios ne iudicato. ^{renissent.}

Cuius causæ iudex quis datus erit, si similis ip-^{18. Causa} sum penè causa cōtinget, & alteri parti illius er- ^{que. q. y.} gō nimis gratiosus videbitur, amouetor. alias eius loco subrogator.

Qui iudex spoliato ad ecclesiam contra spo-^{11. Quia} liantem recipiundam datus erit, et si ipse spo-^{7.} lians morietur, inter impetrantem & eum qui post eādem ecclesiam ingressus siet iuxta priorum literarum formam cognoscito, sub eodem negotium terminator.

Qui iudices negotii in commissionis non an-^{19. Exhibi-} quisitionis modum sic dati erunt, ut super ipso ^{bis.} & aliis illud contingentibus veritatem anquirat, iudices non anquisitores sunt. Si quae partium conspirationem aut coniurationem aduersarii, aliāmve quam similem exceptionem obponet: de his opponentis probationes admittūto, dum

De Iudiciis

simul de principali negocio anquirant, ne exper-
tanto ad receptionem testium ante litem con-
testatam ne procedunto. si quid eorum faxint,
aut facere interloquentur: prouocatio esto.

7. Intelle-
ximus.

Excommunicatum in ius ciere liceto. ipse per
alium in iudicio respondere tenetur. ex sua ma-
licia commodum ne reportato.

16. Cum
deputati.

Nemo secularis ecclesiasticusve iudex præce-
ptores militiae templi, licet ipsorum natio gene-
ratiove ignota fiet, quasi super litigiosis nego-
ciis curam gerere non debeant, ab agendo re-
spondendove repellito.

9. Causam
que*i.*

Sanè inter quarum ecclesiarum fratres mo-
nachosve lis erit, iudex, vt cum autoritate
& adsensu sui prælati iudicium ingrediantur,
ne post ille sopia tam litem fuscitare possiet,
prouideto.

1. De Quo
null deo.

Qui aduersario petente ad iudicium intro-
ductus semel cum aduersario experiri velle pro-
mittet, defendere cogitor. et si post sibi non
placere respondebit, si sic discedet: vt nemo
ei, donec satisfactione præmissa fuerit absolu-
tus, communicet, iudex decernito. Beneficium
tamè ante causæ exitum nemini adimoto.

6. Dilecti

Sed & ecclesiastici iudices, cuiusmodi inten-
tetur actio, subtiliter ne inquirunto. tantum
simpliciter & pure factum ipsum & rei verita-
tem secundum formam canonum & scita patrum
inuestiganto.

14. Pasto-
ralis.

Id principaleis personæ per seiphas non per
aduocatos proponunto. si tamen indiscretæ
sient; de iudicis licentia defectus earum per

alios subpletor.

Si cuius autem iudex ex probationibus factis ^{15. Eke-}
intentatam actionem incongruentem cognoscet & ineptam: intentionem eius non tenere pronunciatio ab hac reum (sic tamen ut congruerit & apta actioni; si postea proponetur, respondere teneatur) absolvito.

Pro quibus super iuris elegundi rectoris ali- ^{21. Signi-}
cui ecclesiæ possessione vel quasi sententia lata ^{ficauerit.}
erit, electum ab ipsis in rectorem admittere qui
impedient coguntur. nec si tempus propter vin-
demias feriatum erit, idque, vt tempus regimi-
nis electi inutiliter elabatur, maliciose obpone-
tur, ideo causa protrahitor. in ea nihilominus
ratione prævia proceditor. post super proprie-
tate iuris huiusmodi vel quasi cognoscitor.

Instantia iudicij copti decursu triennii, si per ^{20. Vene-}
subterfugia & cauillationes rei tanto tempo-
re prorogata siet causæ decisio, ne circundu-
citor, eremodictum ne contrahitor, in nego-
cio nihilominus etiam à delegatis iuxta for-
mam ipsis traditam proceditor.

De foro competenti. Tit. 2.

IU D I C I A in competenti foro exercentor. ^{1. Si quis}
Clerici si inter se negotia habessint: episco- ^{clericus,}
pum proprium ne deserunto. vel apud hunc
prius actio ventilator, vel de consilio ipsius
apud alios, quos ipsi volent, iudicium obti-
nento.

Nisi tamen ecclesiastica persona siet, & dicere ^{13. Signi-}
G ii ^{ficasti;}

De foro competenti

cesanivoluntas adcedet, clericis in iudicem non suum cōsentire ne liceto . priuatorum alioquin consensus eum qui iurisdictioni præesse dignoscetur iudicem suum constituito.

4. *Si quis contra episcopum eius adito. Is si cōtinget eum ut suspectum recusarier) vel delegatum, vel (si actor refugiet) aliquem, qui partes ipsas mutuo consensiū iudices élégere compellat, deputato . Ab his quod transactum, finitum erit, modis omnibus, lege seruata, ipsius sollicitudine completor.*

13. *Cum contingat ad eundem episcopum loci, tanquam ordinariū, clericorum excessus, maxumē si in eius diœcesi commissi sient, deferuntor . Si quibus tamen ex indulgentia vel speciali consuetudine id licebit, ut seruitio ipsorum deputati clericī de suis excessibus conquerentibus coram ipsis respondant: id seruator.*

14. *Post studiasti. Episcopus, in cuius diœcesi delinquet clericus, sententiam, quam crimen exiget, promulgato. Si tamen officii beneficiū priuationem causa exposceret: is, in cuius diœcesi beneficiū obtinet, quoad illud exequutionem facito.*

15. *Sane. Inter episcopos diuersarum prouinciarum si quae causa vertetur: primas, in cuius prouincia locus contentiosus erit, iudices dato.*

20. *Licet. Vbi quis deliquerit, contraxerit, domiciliūm ve habessit, vel res fuerit quam possidebit, ibi forum sortitor . Præter hæc quoque quisquis apud sed. apo. conuentus erit, ibidem responderem compellitor. hæc ecclesiarum omnium mater*

& magistra esto. Si quis tamen iustum & necef-
fariam causam dicet, cuius ergo eò ante venerit:
reuocandi domum olli ius esto.

Qui verò subditus ad petitionem aduersarii 19. *Propo-*
legitimè in ius ciebitur, et si post alterius iuri*susti-*
dictionis esse incipiet, ius in ea causa reuocandi
forum ne habeto.

Sed & qui certo loco respondere solueréve 17. *Dile-*
promiserit, licet priuilegium generale contrà al-*cli.*
leget, & ibi & vbi domicilium habebit rectè
conuenitor.

Item coram iudicibus datis qui reus conue- 15. *Ex par-*
nietur, sicubi possessionem & mansionem habef-*re.*
fit in diœcesi vltra duas dietas ab ea in qua iudi-
ces dati erunt, & res litigiosa erit, non distante,
licet alibi domicilium principale remotius ha-
bebit, rectè conuenitor.

Nemo iudic peace 2. *Nullus*
icum aut minores ecclesiæ disstringito, nemo
condemnato. qui faxint, ab ecclesia dei, donec
delictum suum agnoscentes emendassint, tan-
diu sequestrati sunt.

Hæc ut seruentur, clerici clericos ad iudicia 12. *Si di-*
publica ne pertrahunto. Nemo episcopus, vel *ligenti.*
clericus in ciuili criminali*ve* iudicio publicis
iudiciis se purgare elegito. alioquin siquidem
ciuilis causa siet, & locum suum malent obtine-
re:actores nedum à communione extranei ha-
bentor, sed & causam, rei verò quod euicerint
perdundo. In criminali et si pro ipsis lata senten-
tia erit, locum amittunto. Neque si inuiti, neque
si voluntarii ut secularia iudicia subeant, paci-

De foro competenti

scentur, huic iuri publico, totique ecclesiastico
conlegio publice indulto priuatorum pacto de-
rogator. Si iurassint: contra canonica instituta
initum pactum ne seruator.

9. Quid
clericis.

Denique quas causas clerici contra aliquos,
vel aliqui contra eos habensint, haec iure canonico
deciduntur.

5. Si cleri-
cuss.

At si clericus laicum de suis ecclesiave rebus
impetat, idque laicus negabit, & res suas proprias
adseuerabit: ad forensem iudicem trahitor.

10. Licet, j.

Immo quas literas laici, super rebus praeципue
qua forum seculare contingunt, a se. apo. impre-
trassint, dummodo in eius iudicio con querenti-
bus iudex secularis iusticie complementum ex-
hibeat, in ritae & inaneis sunt. Ab ipso tamen ad
episcopii loci, vel Romani potest. audientiam, ma-
xime si recursum ad secularem iudicem vacan-
te imperio haberier haud potis erit, adpellare ex
cofuetudine liceto. Idem iudex si tanquam me-
ritate suspectus recusabitur: coram arbitris com-
muniter electis de causa suspicionis agitor, si ea
iusta probata erit: ad episcopum Romanum ve-
pont. recursus habetur.

11. Ex te-
nore.

Post literas vero impetratas si is de cuius foro
partes erunt causam ad se deferri mandabit, &
iusticie plenitudinem exhiberi facere promittet:
nisi causa ad ecclesiasticum iudicem pertinebit,
iudex datus supersedeto. hoc in viduarum quo-
que defensione ipsis ab ecclesia debita seruator.
Si tamen per iudicem secularem suam iusticiam
obtinere nequibunt: iudicis contradictione no
obstante dati iudices causam terminanto.

Eædē viduæ si dotalicio sibi adsignato aliis- 15. Ex
rebus suis licet feudalibus spoliatæ erunt: ol- parte,
lis coram ecclesiastico iudice vel à summo pót.
dato spoliatorem suum inrequisito feudi domi-
no, suæve rei detentorem in ius cire liceto.

Alioquin causa feudal is per dominum feudi 6. Ex trans-
terminator. Super qua possessione seculari vel missa
feudo lis erit, vasallus in iudicio ecclesiasti-
co, quanquam ecclesiæ miles erit, domino in-
hibente ne respondeto. si tamen maliciosè feu-
di dominus differet: debitum causæ finem iudex
ecclesiasticus imponito.

Quæ verò feuda ad ecclesiasticam cognitio- 7. Veruna.
nem pertinebunt, de his sub episcopi ecclesiæ
in ea consecrati iudicio cognoscitor. Alioquin
imperiali beneplacito relinquitor.

Qui venerabilibus ecclesiis conlata, relicta, 16. Cōque.
aliisve iustis modis adquisita inuident, tāquam stus.
sacrilegi vsque ad satisfactionem cōgruam ana-
themati subponuntor. monitione præmissa ces-
sare, ac de præteritis damnis & iniuriis satisface-
re adpellatione remota per iudicem ecclesiasti-
cum compelluntor.

Omnino enim malefactores ecclesiæ sacrilegi 8. Cum sit
censitor. hos venerabilium locorum rectores generale.
sub quo mauolent iudice conueniunto. Hoc in
ecclesiæ fauorem introductum esto.

De libelli oblatione. Tit. 3.

IV dicia à libelli oblatione occipiunto.

Conuento libellus conventionalis ab acto- 3. Dilecti.

G ivii

De mutuis petitionibus.

re porrigitor. si quæ pecunia petetur: etiam cur ea debeatur, exprimitur. ni hoc factum erit, reus respondere ne tenetor.

3. *Signis* Sin quæ res immobilis petetur, eaque ab eo *cautibus*. qui plures possessiones habebit: olli, vt res, qua de quæstio vertetur, ostendatur, postulare liceto. si iudex denegassit, & exceptionem non admittet: prouocatio esto.

4. *Ignarus* Siue quis alicui reclamabit, siue quid postulabit, suam reclamationem libelli serie declarato. eam sua manu roboratam iudici porrigito. tunc ipsi responderet.

De mutuis petitionibus. Tit. 4.

1. *Ex lite-* Si c ab auctore proposito libello, de iis quæ ad-
ris. Suersus ipsum proponentur reus respondet. hoc iurius ordo exigit. Si tamen qui conuenientur tunc ex auctore iusticiam postulabit exhiberi: et si quæstionis actoris delegatus iudex erit, ipsius actione proposita & respōsione facta reo incontinenti super suis quæstionibus responderet. post vicissim rationes partium audiuntur. concordia vel iudicio vtriusque negotium terminator.

2. *Prude-* Actoris enim & rei eadem conditio esto. uno
tiam. eodemq; iure ambo censentur. sicut auctor iuxta mandatoris rescriptum adpellatione remota iusticiam sibi exhiberi postulabit, sic reconuenienti in sua iusticia respondet.

De litis contestatione. Tit. 5.

Litis contestatio in iudicio nisi facta siet, pro- ^{1. Olim.}
cessus inritus esto. hanc petitio in iure pro-
posita & respōsio sequuta faciunto. non, si que-
dam positiones factae erunt, & ad illas respon-
sum erit hinc inde, lis propterea contestata ac-
cepitor.

*Vt lite non contestata non procedatur ad testim
receptionem vel ad sententiam diffinisti-
uam. Tit. 6.*

Lite non contestata ad receptionem testim ^{5. Quo-}
ne proceditor. Si tamen de morte vel absen- ^{niam. in}
tia testim diuturna timebitur, & ciuiliter agen- ^{princ.}
dum erit: senes & valetudinarii, & alii testes, de
quibus ex aliqua rationabili causa timebitur,
etiam lite non contestata, siue reus contumax
erit, siue absens absq; malicia conueniri nequi-
bit, admittuntor. hunc tamen intra annum, ex
quo poterit conueniri, actor vel conuenito, vel
testim receptionem denunciato. alioquin nec
sic receptae attestations valento.

Si verò super cuius electione, copuláve mari- ^{θε μα.}
tali quæstio mouebitur, & contumax adparebit ^{porr.}
is in quæ erit actio dirigunda, siue quia perem-
ptoria citatione recepta venire contemnet, ma-
licioséve seipsum occultabit, vel, ne citetur, im-
pediet: testes lite non contestata admittuntor. si
de causa liquebit: nihilominus ad sententiā diffi-
nitiam proceditor. si aliter aberit, & de spiri-

Vt lite non contest.&c.

tuali coniugio inter electum & ecclesiam iam
contracto, electione maxime confirmata, quæ-
rendum erit: quod de personis talibus expectan-
dis canones definiunt. seruator. de contrahendo
si agetur: per spatium sex mensium, nisi pro ne-
gocii circumstantia superior maius minusve sta-
tuet, expectator. De carnali autem coniugio cū
agendū erit, & alter sine colpa, et si propria non
tamen malicioſa voluntate aberit, ei ne præaudi-
cator. tandiū alter coniugum, donec de ipsius
obitu verisimiliter præsumatur, expectator.

1. Ad
hoc.

Ordo iudicarius in aliis causis, in matrimonio-
nibus non usqueaque seruator. hoc in
quibus defedere matrimonii ad coniunctio-
nem, non de crimine adulterii ad separationem
thori agetur, verum esto. In his enim si, cum
ex parte rei libello actoris responsum non erit,
testes recepti & attestations etiam publicatæ
erunt: ad sententiā diffinitiuam ne proceditor.

4. Acce Alioquin si vel ante litem legitimè contesta-
dens ij. tam, vel post adpellationem ex iustis causis à re-
cusato iudice interpositam testes erunt etiam su-
per consanguinitatem, pro qua matrimonium dis-
solui petetur, absque colpa contumaciae recepti:
antestations in ritæ & inaneis sunt. Si quis iu-
dicum actorem proxima linea consanguinitatis
adtinget, si principalem rei aduersarium com-
mensalem habebit, si de terra actoris oriundus
erit & sub eius districtu, si reus ad locum & ter-
minum sibi adsignatum sine mortis periculo
adcedere non audebit, si ut capitalibus inimi-
cis se crederet necessitas fuit: adpellationis iu-

ftæ causæ sunt. hæc contumaciæ colpam amo-
uento. Matrimonialis verò causæ iudices mulie-
rem ad virum eam petentem redire cogunto. sic
postquam vir & vxoris & dotis plenissimam
restitutionem habebit, causam super matrimo-
nio audiunto.

Quanquam autem lite non contestata neque ^{i.} *Ad*
testes recipi, neque ad diffinitiuam sententiam ^{hæc in fi.}
procedi poterit: reum tamen propter suam vel
sui procuratoris in respondendo contumaciæ,
nisi sciens purgassit candē, excōmunicari liceto.

Id iudex, et si reus, minùs tamen legitimè, ad- ^{2. Acce-}
pellabit, vt adpellatio non teneat, cum amplius ^{dens. i.}
respondere nolet, rectè facito. Non tamen, etiā
si restitutio petetur, restitutionem rei petitæ ad-
iudicato. Nisi lis contestata erit, ne restituito.
Alioquin quæ sic habita, & sententiæ huiusmo-
di occasione occupata erunt, restituuntor.

Custodiæ tamen causa, si talis causa erit, vt pos- ^{3. T. ue.}
sit, reo ante litem cōtestatam contumaciter ab-
sente, in petitarum rerū possessionem mittere li-
ceto. Alioquin si nequibit intromitti: reus iuri
parere per censuram eccle. compellitor.

Hic verò si intra annum venerit: iudicio fisti ^{5. Quo-}
præstita cautione, ac expensarum congrua sati- ^{niam}
façtione exhibita possessionē recuperato. Alio- ^{θεμα.}
quin eo neglegente actor post annum verus pos- ^{In aliis. yj}
sessor efficitor, constituitor. Reo super proprie- ^{que ad fi.}
tate tantū defensio legitima reseruator. Sin verò
res erūt immobileis, & alieno nomine posside-
būtur: qui possidet dominū, vt vel ipse veniēs,
vel p respōsalē idoneū actoris actionē excipiat,

De iuramento calumniæ

in iudicio nominato . certum dierum spatum iudex definito. Id ad eius noticiam perducitor. si post indultum tempus hoc non adimplebit: lis ex eo die, quo possessor ad iudicium vocatus erit, ad longi temporis præscriptionem interrumpendam tanquam contestata habetur . Iudex tribus legitimis edictis dominum possessio- nis euocato . si tunc in eadem voluntate manebit : negocio summatim examinato actorem in ipsarum rerum possessionem mittito. omnis ta- men allegatio absenti super principali quæstio- ne reseruator. hæc, si realis causa erit, serpantor. Siverò super personali quis actione cōuenietur: actor vel in ei^m mobilium, si habebit , possessio- nem, alioquin immobilium pro modo debiti declarati mittitor , vel in contumacem eccle- siastica sententia profertor. Iudex alterutra pœ- na, quæ magis timeri debebit, à principio con- tentus esto. Ad alteram nihilominus, si proter- uitas contumaciæ exigit, procedito. Intra an- num tamen, vel post si reūs veniet: iuxta præno- tatam distinctionem auditor.

De iuramento calumniæ.
sunt &
alij.

Excessum anquisitio vel testium publicatio facienda si imminebit: absque litis contestatio- ne testes producere liceto.

De iuramento calumniæ. Tit. 7.

6. Cum
causam.

Post petitionem exhibitam in iudicio , cum ad eam pars altera responderit, ac interrogati- ones & responsiones in scriptis redactæ erunt, lice contestata iuramentum calumniæ vel ab ip-

sis partibus, vel ab earum procuratoribus cum instrumentis de rato comparentibus vltro citro-que præstator.

Et ita omnis principales personæ in primo litis exordio iuramentum calumniæ subeunt. ^{1. In heres tes.}
Totus tamen ordo clericalis ab hoc præstanto immunis esto. Nemo enim episcop', presbyter, clericus, abbas, monachus, vel sanctimonialis in quacunq; causa ciuili siue criminali iusjurandū qualibet ratione subire compellitor. Nemo episcopus Romano pont. nemo clericus prælato suo in consulto iurare audeto. Si quis ecclesiæ suæ id expedire noscet: aliis idoneis defensoribus id officium delegato.

Idcirco monasteriorum abbates & fratres in suis monasteriis œconomum de authoritate sui episcopi statuūto. Ipse pro his agito, petitio, excipito, iuramentum de calumnia, cum necessarium erit, exhibeto. Ipsi præstare ne coguntor. Sic nec religione adstric̄ti aliena detinento, nec præstiti iuramenti defectu à causa sua decidunto.

Hodie verò inter quos clericos causa erit, ad veritatem eliciundam ab utraque parte præstat. ^{5. Ceterò}
contraria consuetudine nihil iuuantur.

Episcopus quoque si cum alio pecuniariam ^{7. Cum}
causam habessit, & per seipsum litigabit: ab ipso ^{in causa.}
propositis tantum, sed non tactis euangelis exhibetur, sin per syndicum vel actorem litigabit: per eum præstator.

In quibus autem causis de ecclesiis, decumis, & rebus aliis spiritualibus tantum agetur, iuramē- ^{2. Literas}

De Dilationibus

tum calumniæ nec dator nec recipitor.

7. *De pœna.* Alioquin eorum, qui de calumnia iuramentum, cum præstandum erit, recusassint, hæc pœna esto. actor ab instituta actione cadito, reus pro confessio habetor.

3. *In per-
traclan-
dis.* Hoc tamen non paſsim in pertractandis causis exhibetur. Causæ & personarū qualitate inspecta quandoque per ipsas principaleis personas, quandoque per œconomos, qui causam omnino non nesciant, in animam iurantis præstator.

De dilationibus. Tit. 8.

O Blato ab actore libello, reo, antequam respondeat, si petet, induciæ deliberatoriæ cōceduntor.

3. *Litere.* Non tamen, si contra quem certæ petitionis libellus editus erit, generalitate ex abundantia adiecta, eaque aduersario petente expressa, quasi libello propterea mutato longiores olli ad delibrandum induciæ dantor.

2. *Præ-
terea.* Sed & qui ad iudicium legitimè conuocatus ex literarum citatoriärum tenore ipsi transmiffo plenè super eo, de quo in iudicio conueniet, erit, esse leve poterit instructus, huic induciæ deliberatoriæ ne indulgentor. ad examinationē causæ proceditor. finis ei debitus imponitor.

4. *Expo-
fuit.* Ardua tamen causa si erit, ut primatiq; & aliorum consilium requiret, reūmque post euocationem etiam peremptoriā pro publica impeditum fuisse vtilitate constabit, nec tempus habuerit, in quo ad vtrunq; paratus veniret: perē-

ptorio circūducto noua ipsi dilatio indulgetor.

Iudex verò ad primam citationem neq; nimis ^{1. Dilecti} breuem, neque peremptorium terminū (maxime cum de rebus ecclesiasticis agetur) nisi cum necessitas vrgeſit, adſignato. Si ſecus diem peremptorium maturatſit; prouocatio eſto.

De Feriis. Tit. 9.

HAE verò litium negociorūmq; dilationes ab omnibus feruantor:

Omneis dies dominici à vespere in vesperum ^{1. Omnes} cum omni veneratione obſeruantor. omneis in his ab omni inlicito opere abſtinentio . neque mercatum , neque placitum faciunto. nemo ad mortem pœnāmve iudicator. sacramēta niſi pro pace vel alia neceſſitate næ prætantor.

Sic dies septimus ad humanam quietem depu ^{3. Litet.} tatus eſto. Sic tam ipſe, quām alijs dies maiestati altissimae deputati, sanctorum quoque martyrum natalicia obſeruantor. In his opus feruile ne patrator. Si quæ tamen rerum fortuitarum ac neceſſariarum inclinatio continget in ipſis, præterquam si maiores anni ſolennitates erunt, eis intendere liceto. de lucro verò quod inde proueniet vicinis ecclesiis & Christifidelibus congrua portio distribuitor.

Et generaliter dieb⁹ feriatis ob dei optumi maximi reuerentiā ſtatutis iudicialis strepitus con ^{5. Con-} quiescito. hi numerātor: Natalis domini, sancti ^{queſtus.} Stephani, Ioānis euāgeliftę, Innocētiū, Sylvestri, Circunciſionis, Epiphanię, dominicę paſſionis, dies ſeptē, reſurreciſionis totidē, Adiſcenſionis,

De Feriis.

Pentecostes cum sequentibus duobus, nativitas
Ioannis baptistæ, festiuitates omneis magnæ ma-
tris virginis, xii. apostolorum præsertim Petri &
Pauli, beati Laureti, dedicationis, Michaëlis ar-
changeli, solennitas Pantheon seu sanctorum
omnium, dominici dies, ceteræque solennitates
quas singuli episcopi cū clero & populo in suis
diœcesis nominatim celebrandas duxint. In
his, nisi quæ necessitas vrgessit, vel pietas suadet
sit, neque processus habitus, partibus etiam con-
sentientibus, neque promulgata sententia tene-
to. Diebus tamē feriatis, qui vindemiarum, Ce-
realiumve gratia ob necessitates hominū indul-
gentur, partibus volentibus procedere liceto.

2. Q^{uo}
niām.

Festorum autem principium & finis iuxta eo-
rum qualitatem, & regionum consuetudinem
adtenditor. sicut exigit dierum magnitudo prius
occipito, tardius terminator, alioquin à vespéro
in vesperum, sicut scriptum est, celebrantor. Sic
sanctæ Triadis festiuitas secundum regionum
consuetudinem vel in Pentecostes octauis, vel
dominico aduentum domini præcedente, in
R.O. ecclesia nullo tempore specialiter celebra-
tor. dominicis, & aliis præcipuis festiuitatibus,
siue inter Paschatis & Pentecostes nulla genuū
flexio, præterquam si in secreto, aut ex propria
religione quis facere volet, esto. In episcoporum
consecrationibus, & clericorum ordinationi-
bus consecrati & consecrato tantum genua pro
consecrationis modo flectere liceto.

4. Capel.
larijs.

Tribus hebdomadis ante Ioānis baptistæ nub-
tiæ ne celebrantor. hæ à tribus litaniarum die-
bus

bus ante adscensionem domini ad octauum usque diem post Pentecostes computantur. Nubtiæ interim, & à septuagesima ad septimum usque diem post Pentecostes pro consuetudine ecclesiæ, vel secundum canones usque ad octauas Paschatis suspenduntur. Sequenti dominico & deinceps licet celebrantur. Matrimonium tamen consensu interueniente legitimo de praesenti quoconque tempore recte contrahitor.

De ordine cognitionum. Tit. 10.

SEmel autem cœpto iudicio, quo ordine de altercationibus partium cognoscendum siet, diffinitor.

Coram quo iudice causa erit, ante eam termi-^{3. Terram.} natam ne quæ alia dependens ex ea incipiat, videto. vnum negocium diuersis processibus ne intricator. Iudicij ordo ne confunditor. Qui natum causam in ecclesiastico foro habebit, donec ea finem habesit, coram laico iudice super successione ab ea dependente si conuenietur, ut expectetur, recte petitio.

Sic & qua exceptione probata principalis ^{1. Intelle-} questio perimetur, ante de ipsa, etiam auctore testes ad suæ intentionis probationem inducente, quam ad diffinitionis articulum procedatur, cognoscitor. Id, si vindicanti virum mulieri consanguinitas obiicietur, seruator.

Si restitutionem petenti alia spoliatio in exceptio- ^{2. Cum di-} nis modum obiicietur: super hac exceptio- ^{lectus:} ne primitus probationes admittuntur. ea proba- ta, reus ante restitutionē respondere ne tenetur.

De plus petitionibus

Non tamen propterea restitutor. tantum ab a-
gendo sic obiecta spoliatione repellito.

*4. Super
spoliatio-
ne.* Super alia quæstione reconuenire restitutionē
petentem ne permittitor. restitutionis enim pe-
titæ hoc priuilegium esto : Qui ipsam intentat
spoliatoribus ante restitutionem respondere ne
cogitor.

Si verò super alia spoliatione reconuentio in
actionis modum proposita siet: mutuæ . petitio-
nes diuersæ sese minimè contingentes censem-
tor. qui priùs adpellassit prior agito. quæ priùs
proposita erit priùs tractator . In idem iudi-
cium deductæ vicissimq; tractatæ simul eadem
sententia terminantor.

De plus petitionibus. Tit. 11.

1. Consilium **Q** Vi actionem intentat, prouidentiæ consi-
lio vtitor. vt neq; re, neq; causa , neq;
loco, neq; tempore plus petat, videto . Cui res
in genere, vel sub alternatione debebitur, neq;
rem in specie , neq; vnum præcisè petito . Cui
decem debebuntur , viginti ne petito, alioquin
aduersario in expensas condénator. Alibi quām
vbi soluere conuenerit nemo conuenitor . qui
hanc utilitatem ita statuto loco soluendi reo a-
dimet, ipsi ad interesse tenetor . debitum ante
diem vel conditionem nemo petito . alioquin
reο inducię duplicantor.litem, nisi ei soluantur
expensæ, excipere ne cogitor. Sic plus petentiū
importunitas , si super petitione sua in iudicio
persisten, punitor.

De causa possessionis, & proprietatis. Tit. 12.

DE possessionis sive momenti & proprietatis causa vnum idemque iudex cognoscito. ^{1. Suscep-} tra inauditam partem nihil diffinito.

De qua re cognorit, pronunciato. Si tam per ^{4. Cum su-} titorium, quam possessorum in iudicium deducatur.

Cum erit: spoliatum restituendum decernito.

De ecclesiæ verò petitorio si actum erit, & neutrū canonicam institutionē habere constabit: utriusque electionē infirmato, circunducito.

Sic vtrumque, cum simul super ipsis actum erit, ^{5. Cum di-} vna sententia terminato. In pronūciatione posse ^{lectus.} fessio præmittitor, proprietas in exequutione præualeto.

Itaque in qua quæstione partium ius vniuer- ^{3. Cum ec-} sum in iudicium deductum erit, ab actore pos- clesia ^{5. #} fessione vel quasi probata, in eam, quam ante ^{trina.} controuersiam habuerit, possessionem reducitor. Si tamen possessionis tempus ad legitimam præscriptionem productum non probassit, & id de quo agetur ad aduersariū iure cōmuni per tinere constabit: reus, et si nihil præstiterit, obtineto, ab actoris impetitiōe absoluitor, parti aduersę silētiū imponitor. In iudiciū autē tantum de quo actū erit ne veniret nō venito. Itaq; nō id solū de quo actum erit vt veniret venito.

Cæterū iudicibus, vt de possess. & proprietate cognoscant, deputatis de vtraque committim partium allegationes audire, testes admittere, deinde prius antestationes de possess. audi re, & secundū illarū tenorē pronunciare liceto.

De restit.spoliatorum

5. *Pastora lis.* Qui autem re sua spoliatus eam vendicando proprietatis iudicium primitus instituere cepit, olli, antequam renunciatum conclusum ve fuerit in ipso, & adhuc eo pendente, possessorio iudicio quod de recuperanda siue indispicunda possess. proponitur agere liceto . Alia possessoria iudicia dominii vendicationem præcedunt. Si verò conclusum , aut renunciatum fuerit in proprietatis causa: possessorio nemo vtitor, lites litibus ne intricantur. fraudibus via ne aperitor. Iudici tamen, si inuasoris iniquitas perspicuis indiciis arguetur, & spoliato casus maliciavè p. obandi dominium facultatem substraxint, aut alia æqua & iusta causa esse videbitur , etiam postquam conclusum erit , vt possessorio agat, permittere liceto.

7. *Cum olin.* Item quod beneficiū duobus antea à se suisve decessoribus continuè adsignatum quis tertio contulerit, huic adjudicator. proprietatis tamen quæstio aduersus ipsum conlatorem, cum quo actum non erit, super eius conlatione cōtendere volenti reseruator.

8. *In causa* De cuius rei iurisve petitorio ex certa causa quis agens contrariam sententiam reportassit, si volt de ea eōve alio iure experiri, olli potestas esto. Si super subiectione quæstio siet: neq; ipsa quandoq; præstata, neq; census ad ipsius iudicium præstitus debitæ subiectionis argumenta idonea sunt.

De restitutione spoliatorum. Tit. 13.

1. *Licet.* R Erū suarū cuiq; possessio integra seruator. Qui rem suā inrationabiliter ab alio oc-

eupatam queretur, huic ante omnem contentionem violenter ablata possessio redditor, restitutor. Si tamen eo volente aduersarius rem sui iuris esse probaturū se constituet: veritas anquitor. hoc si probatum erit: ipse à sua intentione discedito. Alioquin ei res ablata restitutor.

Nam & si quis de possessione sua se violenter electum dicet: tametsi contrà non canonice institutus dicetur, priùs de violenta electione quām de canonica institutione agitor. etiam prædo secundūm iuris rigorem restitutor.

Nemo verò re, nemo iure, quam, quodve semel tamen usurpavit, nisi tūc priusve id eamve possederit, spoliatus accipitor. Excommunicatione semel in populum alicuius parochiæ latata & obseruata nemo ius parrochiale cōtra dicesanum loci adsequitor.

At si rei cuius alicui à domino concessæ per detentorē ipsius pēsio solui iussa & soluta erit: ^{9. Cum re nisser.} hic per ipsum possideto. Detentore mortuo donarius sine vitio ipsam possessionem ingreditor. Eam donantis autoritate querere ne cogitor. Si spoliabitur: restitutor. In ecclesia alicui conlegio capitulōve sic ab episcopo donata hoc iuris esto.

Item in qua possessione alicui pensionis & affectus, vt ita dicam, ius erit, ea occupata ipsi possessione plenē ac liberē, sicut ante occupationem habuerit, restitutor. Cui id mandatum erit, cū de hoc iure constabit, et si nulla eius iuris spoliatio erit: vt qui eam occupat, reapse, plenē, ac liberē iuris eius possessionem dimittat, facito. Id

De restit.spoliatorum

nisi ipsa possessione dimissa factū ne accipitor.
Quandiu enim in occupantis potestate erit ipsum
sum iuris huiusmodi possessorem repellere vel
admittere cum volet, libera possessio ne intellegitor.

12. *Olim.* Loci verò domino, à quo inuestitura peti , &
cui manualis obedientia præstari debet, ad-
uorsus eum qui sine ipsius cōscientia possesso-
nem erit ingressus, statim ex quo id ipsi inno-
scet vim vi repellere liceto . Ei qui sic deiectus
erit restitutio denegator . Si tamen dominus in
eius qui sic possessionem ingressus erit offendit
ius suum defendendo modum excessit : satis-
factionem exhibere damnas esto.

7. *Conque-
rente.* Episcopi subiectos sibi clericos suis beneficiis
sine manifesta & rationabili causa ne spolianto.
Si faxint: cum fructibus inde perceptis restitu-
unto, & in pace posidere permittunt. Restitu-
tione facta si quid proponere volent: iudiciario
ordine experiuntor.

4. *Audi-
ta.* Clericus quoque, qui in perpetuum ecclesiam
suam abiurassit, super ea eum, cui se questionem
non moturum promisit, ne molestato.

3. *Acce-
pta.* Qui enim neque metu coactus, neque vi, sed
spontanea voluntate in manibus superioris ec-
clesiam suam abiurassit, hanc sibi quasi violen-
ter spoliato restitui frustra petito.

2. *Sollici-
tē.* Si spoliatio erit: hanc renunciationis tempus
præcedet aut sequatur, perquiritor. spoliatū ante
post iuri suo sponte renunciasse vero simile ne
esto, qui sic renunciascit si restitutionem petet:
etsi contrā iuramentum & sponte facta renun-

ciatio proponetur, antequam restitutio fiat, aduersarii probatio ne admittitor. Spoliati testes ante, si erunt idonei, recipiuntur.

Neq; à violento possessore, neq; ab eo, qui clā & in furuo alterius possessionem ingressus dice quis. restituui petentem admittitor. Ante restitutionem criminaliter agere ne permittitor . qui spoliasse arguetur, inimicus eius præsumitor. principalis causæ exequutio eius ergō ne retardator.

Contra eum autem qui neque spoliassit, neq; spoliari mandasit, nec spoliationem factam ratam habessit, et si fors cum possideret alium ingredientem repulerit, interdictum vnde vi locum ne habeto. Is ad restitutionem ne compellitor.

Si tamen à spoliatore res in alium trāflata erit: contra eum qui scienter eam recepsit spoliatus qui possessionis commo dum amissit restitutio- nis beneficium habeto . huic iuris ciuilis rigor ne obstato. sic iniustè detinere & aliena inuadere æqualia fere censentor.

Porrò nouus & violentus alienæ rei possessor fructus cum integritate quos vetus possessor, si ipsi possidere licuisset, percepisset, nedum à se perceptos, restituere, damna plenariè resarcire, & de inlatis iniuriis satisfacere compellitor.

Si tamen inops erit qui alienas possessiones occupasit: nō ante ad restitutionem fructuum alienorū perceptorū, quām taliter restitutus fiet, vt poscit, compellitor. Sic inanis actio, quā inopia debitoris excludet, esto.

De restit. spoliatorum

8. Ex trāſ missa. Quæ mulier viro legitimè despōſata, & ab eo cognita erit, huic, si ab eo recedet, restitutor. Ab hoc tamen, quòd illi malum non inferet, ſufficiens cautio recipitor. Si ita capituli eam odio proſequetur, ut meritò diffidat: probe & honestæ mulieri uſque ad cauſæ decisionē cuſtodiunda committitor. Locus à viri & parentū eius violentia tutus delegitor.

14. Ex parte. Quæ verò puella à parentibus in aliam domū nubtiarum ſpe tantùm traducta erit, cum neq; ſponsalia legitimisve cōſensus præceſſint, neq; ſubſequuta fuerint, eius restitutio ne duitor. Cū nullum obligationis vinculum cōtractum ſiet, nullo iuris possessionisve commodo deſtitutus quis ſic accipitor.

10. Ex cō- queſtione. Vir quoque ſi ſine ecclesiæ iudicio uxorem à ſe remouebit: et ſi matrimoniu adcuſare proponet, & iudices ſuper hoc impetratiſſit, uxori ante adcuſationis ingressum id poſtulanti, atq; etiam poſt, ſi ea petita & denegata cauſam in- gressa erit, restitutor. poſt ſuper matrimonio cauſa auditor. ante in principali ne proceditor. ſi fiet: prouocatio eſto.

13. Literas. At ſi consanguinitas ab altero coniugū oppo- netur præſertim in gradibus lege diuina prohi- bitis, & probationes offerentur incontinenti pa- rate: in cæteris restitutio adiudicator, quoad cō- mixtionem verò carnalem donec cauſa ſine dif- fugio terminetur, recepto tamē priu ab obiicie te iuramento, quòd id dolo malo non faciat, maximiſſe ſi fama conſentiet, restitutio diſferror. Sin dilationes longiores expetentur: qui recelſit

ad restitutionē plenariam per cēsuram ecclesiasticā compellitor. Hæc humiliter dū probationes offerentur thori negando cōsortium tolerator, cum offerentur, absolutio petita conceditor, & receptis probationibus proceditor. Si viri fæuitia mulieri trepidanti sufficientem securitatem non dabit: ne restituitor. Alioquin sufficienti securitate prouisa ante causæ cognitionem coniux coniugi restituitor.

De dolo & contumacia. Tit. 14.

Cv m aliis in negotiis, tum in iudiciis maxumè dolus & contumacia absunto.

Qui legitimè citatus ad sibi statutum diem, *6. Cum di-
lecti.* vel etiam post expectatus neque veniet, neque sufficentem responsalem mittet, neque proxumè venturus certò sperabit, quanquam se per literas vtcunque excusabit, contumax reputator, ad legitimas & moderatas expensas, quas aduersarius à tempore citationis emissæ ipsum expectando faxit, condemnator.

Legitima autem citatio hæc esto: reus ad certum terminum peremptoriè citator. Si non poterit reperiri: apud ecclesiam ipsius iudex citationis edictum per se vel alium publicè proponi facito.

Qui reus legitimè citatus erit, si se contumaciter absentassit: iudex actorem vel in possessionem rerum petitarum mittito, vel religionis intuitu cum reo mitiùs agés possessionem sequestrari facito. post si quid aduersarii dolo maliciā-

De dolo & contumacia

ue ad eludendam iudicis autoritatē actum erit:
reus expensas, quas propter hoc actor faxit, re-
stituere cogitor.

3. Contin-
git.

Cui autem actori ob partis aduersæ contuma-
ciam causa rei seruādæ adiudicata possessio erit,
quanquām ipse actor intra annum eam vel nan-
cisci nequibit, vel adquisitam amittet, si id dolo
malo potentia ve aduersarii factum erit, anno
elapsoverus nihilominus possessor constituitor.

1. Ad
hoc.

Verūm in ecclesiasticis personis & negocii,
vt supra dictum est, rigor & distri ctio iuris, dum
tamen ne iusticia periclitetur, ne requiruntor.
Itaque quanquām propter rei absentiam actor
mitti in possessionem causa rei seruādæ debuit,
nec per rei dolum vel potētiā rem custodiun-
dam nancisci potessit, si tamen etiam imminēte
fine anni debitam reus cautionem standi in iu-
dicio præstabit, patienter admittitor.

4. Prout
nobis.

Sic reus qui se contumaciter absen tassit iura-
toriam cautionem quod iuri parebit exponere
cogitor. Inde si maliciose recusabit, adpellabit,
aut contumaciter recedet, & lis ante instāte acto-
re, respondentē reo contestata' erit: semel ad eius
conuincendam maliciam conuocator. Si veniet:
negocio finis competens imponitor. alioquin
vel diffinitiu sententia terminator, vel saltem
præsenti possessio adiudicator. Absenti tantum
proprietatis quæstio reseruato r.

7. Cum
olim.

In electionis quoque causa iudici superiori
cum eo qui contumaciter absens damnatus erit,
ad ejus maliciam conuincendam misericorditer
agere, & facultatem defensionis indulgere, aut

indulgeri mandare liceto. Qui iudices erunt in causa ipsa canonice proceduto. Eum qui damnatus erit intra treis menses, si tamen in prouincia inueniri poterit, citanto. Si venire cōtemnet: alia electio confirmator. Sin extra prouinciam erit, & verbo vel facto prouocassit: huic vnius anni spatiū indulgetor. administratio ecclesiæ aduersario committitor. co elapsō consecrator.

Qui episcopus de dilapidatione publicè infamatus, & multis prælatis scribentibus, nec uno pro eo defendēdo vel excusando, adclusus coram iudicibus ad relationem canonicorum ecclesiæ ipsius in auditorio summi pont. factam datis, cum eisdem canonicis in iure experiri negleget, coram secūdis iudicibusvocator. Coram his quanquam comparebit, si tamen non experietur, sed concepta malicia friuolam excusationem prætendet, suspenditor, vel potius, si prior iudex suspēderit, suspēsus denunciator. tertio ad eius maliciā conuincendā in audience cōmittitor. hic si neq; per se, neq; per respōsalē idoneū cōparebit: in eū excommunicationis sentētia profertor. Abbates, priores, præpositi, & alii religiosi viri testes admittūtor. p hos crimina probātor. Sic iudicarius ordo seruator. Post sententias in se datas episcopus si celebrare præsumpsit: perpetuo deponitor. Tā pōficali quā omni sacerdotali officio sine spe restitutiōis exauthorator.

Item nemo ad impediendum differendūmve processum per excogitatam maliciam falsas exceptiones opponito. Quę pars alterius intentione iam fundata legitimam opponet, eam incon-

De eo qui mit. in poss. rei. &c.

tinenti probato. Si nolet, aut nequibit acceptis induciis: alteri parti ad moderatas expēsas ex eo dic faciundas, si in probatione deficiet, cōdemnator. Si soluendō non erit: aliās iudicis arbitrio punitor.

3. *Causam quae.* Post institutum quoque iudicium si legitimè citatus non veniet, vel iudicio ecclesiae parere contemnet, aut se absentabit: siquidem procuratorem reliquit, ipse conuocator, alioquin ad domum eius denunciationes mittuntur. Sic siue procurator veniet, siue non, alterius partis, si petet, testes recipiuntur, ad proferendam sententiam proceditor.

De eo qui mittitur in possessionem causā rei seruandæ. Tit. 15.

4. *Si aduersarius.* C V I V S aduersarius post citationis edictum ad remota loca se transferet, neque procuratorem legitimū dimitteret, si neque denunciatione publicē domi facta defensor pro eo apparebit: in possessionem rerum controversarum actor, si petet, custodiæ causa inducitor.

1. *Constitutus.* Qui sic inductus erit, ni aduersarius eius intra annum standi iuri cautionem præstiterit, licet & ipse præstandi voluntatem habuerit, & actor recipere paratus fuerit, illo elapsō eam absque contradictione qualibet habeto. Ius tamen aduersario rei petendæ saluum maneto.

2. *Cum sit.* At si per eum non stabit, quominus sistundi iudicio intra annum cautionē det, & possessionē recipiat: si eam etiā vni iudicū, quāuis aliis

absentibus, obtulerit, & possessionem sibi resig-
nari postulassit, olli etiā post annum recepta ab
ipso cautione huiusmodi possessio restituitor.

Aduorsus eum quoque qui recedet adpellans, ^{3. Cum ve-}
si propter eius contumaciam decreto iudicis in ^{niffent.}
rerum petitarum possessionem missio facta siet,
& expensas taxatas restituere damnas erit: ipse
cautione intra annum oblata in possessionē re-
ducitor. Si adpellatio rationabilis erit, neque
frustratoriē adpellassit: ad eas restituendas ne
damnator, néve cogitor. Alioquin, eas quae ne-
cessariæ in lite propter hoc factæ erūt, restituito.

vt lite pendente nihil innouetur. Tit. 16.

LITE pendente nihil innouator. ^{Rubrica.}
Itaque alteruter cōiugum matrimonium ^{2. Laudā-}
si adcusabit: alter ante probatam adcusationem ^{bilem.}
iure quod habet in altero ne priuator.

Sic & super qua re, quóve iure alicui lis mo- ^{1. ut me-}
uebitur, quominus is & successores sui eo vtan- ^{moria.}
tur, sicut ipsus & eius præcessores iusto titulo fa-
cere consuerunt, quoisque diffinitiuā sententia
de iure decernatur, literæ etiam prohibitionis à
principe impetratæ præiudicium ne faciunto.

Sic & cœpta lite iudices in negocio iuxta tradi- ^{5. Dile-}
tam sibi formam procedūto. Indulgentia si que ^{ctus.}
post lite pendente obtenta erit, neque de ipsa
mentionem faciet; ne obstat.

Quinimo super qua possessione lis erit, si lite ^{3. Eccl. 14.}
pendente in alium translata siet: neque ipsam ^{i.}
qui habebit emptor, nec si quis in ius & locum

De Sequestrat.poss.& fruct.

ipsius succedet, interim alienare præsumito . Et ita actori, cum de vitio litigiosi cōtractus, reīve proprietate experiri volet, quod euincere possit & habere, seruator.

4. Eccle-
sia. ii.

Quod si quæ possessio litigiosa in alium trans-
feretur, neque, cum restituenda erit, is, à quo pe-
tetur, restituere poterit : loco ipsius tantundem
possessionis æquivalentis ad arbitrium boni viri
liberè adsignato.

De sequestratione possessionum & fructuum. Tit. 17.

1. Ad
hoc.

C v i possessio semel adiudicata erit, si post
cum eo de proprietate agetur, & contu-
max erit : nihilominus in eam iudex mittito . a-
ctor ab ipso si impeditus erit: moderatas expen-
sas, quas à missionis decreto usque ad satisfa-
ctionis obtentæ tempus propter hoc faxit, re-
cipito . Reus sufficientem iudicio standi cau-
tionem præstato. sic possessionem recipito . Iu-
dex eam arbitrio suo ne sequestrato . si factum
erit : reuocator.

2. Dile-
ctus.

Si tamen is, qui in rei possessionem seruandæ
eius ergo missus erit , fructus medio tempore
perceptos pro suæ voluntatis libito distrahet:
fructus ipsi sequestrantor, quod distractum erit
in statum pristinum reuocator.

3. Ab eo.

Ab eo quoque qui à sententia prouocassit,
si fructus dissipabit, lite pendente sequestran-
tor .

De Confessis. Tit. 18.

De se confessi super aliorum conscientiis ne
Dinterrogantor. Crimine maiestatis excepto
de reatu proprio confitentis periculosa confes-<sup>1. Cum mo-
nasterium</sup>
sio aduorsum quēlibet ne admittitor. quod sce-
lus aliorum suggestione se reus perpetrasse pro-
ponet, ni aliis modis id verum constabit, cuili-
bet alteri sine fraude esto. Si qui tamen infamia
laborassisint: singulis eorum tribus ordinis ipsorum
bonis viris adhibitis purgatio indicitor.

Econtra iudex qui electionem examinabit si ^{2. Cum}
quem tertium licet incidēter in iure sese simo- ^{super.}
niacæ prauitatis vitium admisisse, mediatorēm-
ve eius fuisse, comperiet: coerceto, ab omni offi-
cio & beneficio ecclesiastico deponito.

Quæ verò per errorem facti œconomus ec- ^{3. Ex par-}
clesiæ etiam in iure cōfessus erit, vt ne ex his ec- ^{te.}
clesiæ prēiudicium generetur, videtur. Error fa-
cti negocio nondum finito nemini noceto.

De Probationibus. Tit. 19.

In quibus autem causis partium confessione
veritatem elicier haud potis j'erit, in his pro-
bationes quæruntor.

Quod verò sua quisque voce dilucidè pro- ^{10. Per}
testatus erit, in eundem casum proprio testimo- ^{tus.}
nio ne venito. Iuramēto eius in contrarium prē-
stito ne stator, hoc in eo quoque qui sic constā-
ter à duobus semel publicè agnitus, ac volgo no-
minatus & reputatus erit filius, et si post ipsum
alter abiurassit, seruator.

De Probationibus

12. *Ad nostram.* Sic & reus, contra quem criminis adfirmatiua probari potessit, in negatoriæ probatione ne admittitor. Ut taleis, si se quoquo modo purgassint, insontes reputetur, nulla consuetudine efficitor.

2. *Sicut.* Econtra qui intentionem suam testibus instrumentisue fundassit, sacramentum, et si consuetudo erit, subire ne cogitor. Si recusabit: non minor probationibus fides adhibetur. Ad hoc suffragium cum demum legitimæ probationes deerunt curritor.

3. *In praesentia.* Nam & intentioni sufficienter fundatæ verbum dubium ex aduerso probatum ne noceto. Cum nihil ex aduerso sufficienter probatū erit iudex pro illa sententiam dicito.

1. *Ex epistola.* Nemini quoque, vt quæ contra ipsum penes ipsum sunt documenta requirat, & in medium proferat, præcipitor.

3. *Ex literis, in fin.* Sanè possessori aliquādo probatio dator. Qui enim longissimi temporis præscriptionem obiiciet, ad eam probandam admittitor.

9. *Licet.* Si possessorio iudicio agetur, et si pars vtraq; possessionem probassit, iudex tamen, vt vii possident, ita possideant, interdicto ne vtitur. Cuius probationes erunt potiores, vt si numero plureis testes, qui aptiora negocio, & vero proximiora testimoniis suis exprimāt, habefsit, & possessionem iustam esse constabit, ipsius in interdicto superior esto. Olli aduersari⁹ super petitis condemnator. Si à vi inquietatiua siue turbatiua aduersarium prohiberi petierit: vt neq; per se, neq; per alium molestet, vetator, prohibetor.

betor.

Inter quos de finibus regundis iudicium erit, ^{3. In prin.}
vterq; actoris, vterque rei vices sustinet. vtri-
que testes ad iudicis instruundam cognitionem
producere liceto. Cùm examinati erunt, quos
præcellere intelleget, ad fidem faciundam ad-
mittito. Sin æquæ idonei erunt: possessoris te-
stes præferuntur. In libertatis tamen fauorem,
cùm vtriusque partis testes æqualeis erunt, etiā
pro non possessore pronunciator.

Quæ causa super finibus regundis aliquarum ^{13. Cū eam}
dicecesum erit, secundum diuisiones quæ libris ^{iam.}
antiquis, aliòve quo modo melius probabun-
tur, vt testibus, fama, & aliis adminiculis deci-
ditor.

Qui traducturus & accepturus vxorem, proba ^{6. Iuræ-}
tionibus per aliquos legitimè cum iurameti ex- ^{uit.}
hibitione super gradu consanguinitatis factis
erit impeditus, contra probationem huiusmo-
di, postquam partibus publicata erit, aliter pro-
bandi ne quis potestatem habeto, priori proba-
tioni stator.

Si verò causa matrimonii erit aduorsus eam ^{14. Causa}
quæ se virginem dicet & monacham, & ad vir- ^{sam ma-}
ginitatis signa inuestiganda mulieres erunt ab ^{trrimonij.}
ipsa introductæ: tam viri testes cōtra illas, quām
probationes aliæ hoc negocium contingentes,
quas pars vtralibet producet, recipiuntur. Ad-
huc iudex ipse matronas prudentes deputato.
sic, an puella virginitatis priuilegio munita siet,
anquiritor. Ne manus & oculus obstetricū fal-
lantur, hæc cautio esto.

De probationibus

4. *Propositi.* Quæ autem mulier se nec à viro cognitam fuisse, nec potuisse cognosci proponet, si id tam proprio sacramento quām testimonio septem mulierum per corporis aspectum virginem eam esse adseueratium probassit, viro tantum sacramento contrà adserente: indubie obtineto. Illius iuramento & mulierum testimonio potius stator.

7. *Post cœf sionem.* Item iudicis ordinarij literis, donec contrariū probetur, stator. si quem per eas excommunicatum fuisse constabit cum procurationis officium adsumpsit: tanquam procurator ne admittitor.

5. *Tertio loco.* At si cuius capituli sigillo signatū instrumentum exhibebitur, contrà verò testes de eodem capitulo conuentum contentis in ipso, quoties de eis mentio fieret, vñanimi voce & consilio perpetuò reclamasse iurati deponent, & adulteriū furtiuūmve esse sigillum dicetur, neque contra hoc pars aduersa probassit: secundūm adfertionem testium tantum iudicator.

11. *Quoniam contraria.* Iudices tam in ordinario quām extraordinaire iudicio semper aut publicam, si possint, personam, aut duos viros idoneos adhibento. hi citationes, dilationes, recusationes, exceptions, petitiones, responsiones, interrogations, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interloquutiones, appellations, renunciations, conclusiones, ac vniuersalia iudicii acta, cæteraque, quæ occurrent, competenti ordine conscribunto, loca, tēpora, & personas designanto, omnia sic conscripta partibus

tribuūtor, originalia penes scribtores remanento, per hæc, si super processu iudicis contentio orietur, veritas declarator.

Apud quos iudices sic coram ipsis auctorum ori 15. Cum ginalia erunt, si apud alios his opus erit, & pete-^{bone.} tur: in scriptis redacta remittere coguntor.

Per hæc litigatori veram negationem contra 11. falsam iudicis adscriptionem probandi facultas ser uator. Qui iudex prædicta obseruare negleget, si quid inde difficultatis emerget, per superiorum iudicem castigator. pro ipsius processu, nisi quatenus legitimis documentis in causa docebit, ne præsumitor.

De testibus & antestationibus. Tit. 20.

Itaque nec iudicis vnius, quantæcumque au- 28. Cum & thoritatis siet, sint siue super testamentis, siue nobis, super quibuslibet contractibus questio erit, verbo in causis creditor. Scriptis iudicium, nisi testimoniū adminiculo fulta erit, duūm triūmve bonorum virorum testimonia prævalento. Apo. sedis in omnibus authoritas salua esto.

Alioquin nulla causa vnius testimonio quam- 23. Licet, si us legitimo terminator. in qualibet christiani causa non minùs quam duūm triūmve testimoniū probatę vitę, fidelisque cōuersationis testimoniū admittitor.

In summa: vnius testimonium ad condemnā- 10. Venies. tionem rei ne sufficito. i. in fi.

Christianorum autē testimonium adiutorius Iu- 21. Indet. dęs in omnibus causis recipitor. hos qui Chri-

De testibus & antestat.

stianis præferre volent in hac parte, anathemate
feriuntor.

14. De ca- At laici contra clericos in criminali causa,
sero. extraquam si suam suorumve iniuriam perse-
quentur, ad accusationem, ad testimonium om-
nino ne admittuntor.

3. Quo- Si tamen de quo presbytero facinora cum mu-
tua. lieribus peracta nunciabuntur : ab ipsis aliisque
qui scient veritas anquiritor.

33. Tum li Ita & contra quem electum irregularitas ob-
seris. iecta erit, testes laici & fœminæ, qui tamen ido-
nei erunt, recipiuntor.

10. Ve- Aduorsus criminis etiā simoniæ reum is qui
niens. se eodem crimine infectum dicet testimonium
ne dico. si dicet: nullum esto. Nemini enim de-
se confessio aduorsus alium in eodem crimine
creduitor.

20. Perso- Qui ergo morbo consimili laborassint, si aut
nas. certum erit, aut legitimè conuinci poterunt: in
quolibet negocio ab alterutra parte oblati in
testimonium ne admittuntor.

13. Super Quibus enim testibus in ciuili criminaliæ
eo. i. causa crimina opponentur, et si antè de his ne-
q; conuicti neque confessi erunt, si tamen inde
conuincetur, in testimonium ne admittuntor.

56. Non Immo & contra quos accusatio de crimine
debet. pendebit, hi in minoribus, præterquæ exceptis,
ad testificandum ne recipiuntor.

54. Testi- Et generaliter qui in alio iudicio contra ip-
monium. sum accusacione instituta de crimine conuictus
confessus erit, fuerit, aut in eodem per exce-
ptionem conuincetur, cuius etiam tali modo

aliás repulsi grauata erit opinio , si criminalis causa erit, licet pœnitētiā egerit, à testimonio repellitor. At in ciuili tantum, aut in qua de cri
mine ciuiliter agetur, si in ipso criminē perseuerābit: reprobator. Sin emendatus erit, nec eum co
mitabitur infamia: quanquam etiam grauata erit
eius opinio/ præterquam si periurii reatu nota
tus erit) admittitor.

Porro clerici super ecclesiæ suæ negotiis, nisi 12. Cum
alia rationabilis causa impediet, à testimonio ^{nuncius.}
ferundo ne repelluntor.

Priori quoque & fratribus in ecclesiæ suæ cau
sis, præterquam vni duobusve ipsorum in his in
quibus ad agendum & respondendum instituti
erunt, testimonium ferre liceto.

Monachi tamen de suis fratribus aut conuor
sis in causis propriis absque iuramenti interpo
sitione, nisi pars aduersa remitteret, testes ne pro
ducunto.

Nullius enim testimonio, quantumlibet reli
giosus erit, nisi iuratus erit, in alterius præjudi
cium creduitor.

Ceterū quæ principalis persona veritatē dc
re sibi rectissimè nota dicet, pro teste habetur.

Si qui propter propinquitatis cognationem 5. Quo
separari petent: duo tressive qui de eadem con
sanguinitate supersint, vel totidē seniores & me
liores eiusdem loci adhibentor . sic consanguini
nitas probator. testes iuramento dupli pro
bantur, quod non priuato odio , neq; amicitia,
neque commodo quod habent, habuerint, ha
bebuntve ad hoc iurandum introducti sient, &

De testibus & antestat.

neque de iure suo nisi per ipsum & vniū alium
testem fidem facere potessit, alius eius loco sub-
rogari petit, interim in negocio supersedetur.

*45. Consti-
tutis. j.* Iudex in eos qui testibus producundis impe-
dimentum prætabunt generalem excommuni-
cationis sententiam proferto, eos, qui contra a-
liquem nihil dicere iurassint, iuramento non te-
neri denunciato. Cuius partis consanguinei im-
pedient, contra hanc præsumptio esto. donec
ipsos cessare faxit, pro dignitatis ratione vel sus-
penditor vel excommunicator.

*41. Signi-
ficavit.* Si qua in re, ne probationis copia processu tem-
poris depereat, metus erit: iudex testes idoneos
recipito, ut receptioni testium, si volent, inter-
sident, his, ad quos pertinet, denunciato, super
hac denunciatione publicum instrumentum
conficito, testes examinato, eorum dicta in po-
blica monumenta redigifacito, curato.

*43. Al-
bericus.* Eadem ratione si quæ matrimonialis senten-
tia veluti diuortii inter quos lata, nec in scriptis
redacta dicetur: filii ab his alterōve eorum pro-
creatis & procreandis, ne quod præjudicium ge-
neretur, consulitor, testes qui sententiæ interfue-
rint iudicis autoritate recipiuntor, depositio-
nes eorum in scripturam publicam redigun-
tor.

*2. In no-
mine do-
mins.* In iudiciis verò contra quem testes exhibendi
erūt, vt ad eos audiundos veniat, admonetor, a-
lioquin quod actum erit firmitatem ne habeto.
Admonitus tamen, præterquam si ex ineuitabi-
li necessitate non potessit, si venire nolet: testi-
monia, quasi ipso præsente facta essent, valento.

Idecirco si de cuius ecclesiæ statu quæstio proposita erit: siue pars aduersa legitimè citata cōparebit, siue comparere nolet, litēmve contestari, testes pro statu ecclesiæ (maxumè si morbus æuitasve vitium erit) admittuntur. deposi-
tiones eorum conscribuntur. sic partibus sententiam recepturis terminus peremptorius adsignator.

Testes autem de circunstantiis, causis, per-
sonis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, cre-
dulitate, fama, & certitudine interrogantor.
hos quadragenarium numerum exceedere iudex
ne finito.

Ex his si qui valetudinarii, senes, debilitatē
confecti, aut paupertate depressi erunt, neque testium.
ad iudicis præsentiam accedere poterunt: ipse
ad eos recipiundos personas idoneas & discretas
mittito.

Testes pretio ne conducūtor. quicunque ido-
nei & fideleis in testimonium admittuntur. nul-
lus nisi ieiunus testimonium dicito.

Super qua re veritatem dicere iurassint tātūm
audiūtor. si ad exceptionem dilatoriam probā-
dam erunt inducti: super principali nec audiun-
tor, nec testimonium perhibere coguntor. sin
exceptio peremptoria erit, & ad hoc pars alteru-
tra testes inducet, & reliqua petet, nec sufficiēs
testium productio super principali causa facta,
neque testibus renunciatum erit, neque deposi-
tiones erunt publicatæ: super principali & toto
negocio veritatem dicere & deponere sacramē-
to præstito coguntor.

34. Cum
olim.

37. Cum
causam.

1. Placuit

stibus.

De testi. & antestat.

nulli alii ab alterutra parte super iisdem recipiūtor. Sin quæ erūt super quibus vel testes produc̄ti non erunt, vel renunciatum non erit eisdem: quæ hinc inde proponentur audiuntor.

38. *Venies* Immo & qui testes super incidenti aliquo recepti, eorumque depositiones publicatæ erunt, super toto negocio, super quo post lis erit contestata, ab vtraque parte recipiuntor.

11. *Causā* Antestationes quoq; semel in alio iudicio receptas qui inter easdē partes iudices erunt fuscipiunto, sic causam fine debito terminanto.

30. *Consi-
tutus* At qui semel in uno iudicio testes produxit, antestationibus apud se depositis, si in alio his indigesit, & eas habessit, contentus esto. alioquin iudem testes, si producentur, ad testimoniu admittuntor. depositiones autem sic coram alio factæ, etiam si quiuis tertius petet, ne ape- riuntor.

38. *Venies* Nec qui in summario iudicio produxit, antestationibus illis in principali iudicio vti, nec illas aduersarius admittere cogitor.

37. *Cum
causam* Antestationes tamen coram alio iudice rece- ptas si partes ratas habere volent, ratæ sunt. alioquin cum clausæ erunt iudem testes iterum producuntor.

50. *Pre-
sentata* Sed et si coram arbitris testes producti, eorumque depositiones publicatæ, allegationes etiam partium receptæ, acta omnia in scriptis redacta, & sigillorum impositione signata erunt: arbitrio casu finito, qui datus erit iudex iuxta hæc causam terminato, reo tamē, vt vel recipiat depositions eorum qui supererunt testimoniū con-

tra ipsum productorum, ipsosve iterum admitti
consentiat, optio reseruator. Ius quoque tam in
personas, quam dicta testium dicundi olli sal-
uum esto.

Qui testes ad unum articulum probandum pro- 42. Cum
ducti erunt, si ad alium ab eadem parte produ- causa.
centur, nihilominus recipiuntur.

Testibus tandem publicatis, qui testes de in- 48. Per
tegro interrogari petet, ne auditor. Si tamen ip- causa.
tos à principio super aliquibus articulis inter-
rogari postulatum, sedque dolo malo neglegen-
tiave prætermissum erit: nihil officito.

Ita & post antestationes apertas quæ ad an- 53. Cum
quirendum super criminibus diffamati factæ clamer.
fuerint, si confusæ depositiones testium erunt, nec
ex dictis potest veritas declararier: ex iudicis
officio iterum examinantur, alii recipiuntur.

Super dictis testium, cum publicata erunt, po- 15. In car-
blice disputator. sis, in fin.

Ipsa, quatenus res patietur, quanquam di- 16. Cum
uersa sient, ne testes periurii reatu notentur, iu- tu fili.
dici benignè interpretari liceto.

Antestationibus testium solenniter hinc inde 35. Ex te-
publicatis eorum dicta falsitatis arguere liceto. nore.
super nouo articulo ad id pertinente testes ad-
mittuntur.

Quæ argumēta & testimonia iudex aptiora rei 27. Pra-
esse comperiet, ex his animi sui motum confir- tures.
mato. si quam aliquis cognouisse accusabitur,
& de visu audituve conueniens testimoniu redi-
tum erit, & præsumptione violētam fama cō-
sentiens subministrabit, aliisque suffragabuntur

De fide instrumentorum

pelluntor.

2. Cum
super.

Nam & quorum presbyterorum necessarium erit testimonium, si quibus denunciabitur testimonium: his, ni venient, ab officio ecclesiasticoque beneficio suspensionis, excommunicationisque, & depositionis sententiarum formido proponitor.

7. Pre-
terea.

At qui synodaleis publicive testes super matrimonii causa coram ordinario iudice testimonium reddiderint, in delegati præsentia (si tamē ollis aliter fides fiet, neque articulus nouæ questionis emerget) super eadē causa iteratō iuramentum præbtere ne coguntor. Propter infamia post receptum in communī eorum officium cōtractum à perhibēdo testimonio amouentor. Si quid in inferendo testimonio non studiōsē errassint, & se actutum conrexint: ne reprobator. sin correctioni suæ interuallum interponent: secus esto.

De fide instrumentorum. Tit. 22.

2. Scripta

INSTRUMENTORVM fides testibus proxima habetur. hæc verò nisi authentica erūt, & manu publica facta, publicaque adparebunt, authenticumve sigillū habebunt per quod probari possiēt: cum testes in iis inscripti decessint, firmitatis robore carento.

10. Cum
Ioannes.

Sed & si quæ super quo instrumento manu publica inter contrahētes confecto, rerūmque, quæ in ipso gestæ narrabuntur, veritate dubitatio emerget: nec omnino tabellioni qui id confecerit, nec vni ex testib' in eo describitis stator, trium

trium pluriūmve idoneorum testiū depositio-
nibus quocunque instrumentum ne p̄fertor.

Quibus instrumentis ignota, etiam cardina- 7. Quod
lium, sigilla erunt adposita, fide carēto. Eorum, ^{super his,}
Romaniū pont. literæ, quanquā certæ erūt,
si tamen vero subpresso falsōve expresso erunt
obtentæ, robur ne habento.

Eiusdem Romani pont. si quæ decretalis al- 8. Pasto-
legabitur, & iuri communi consona erit: iudex ^{ratis.}
secundūm ipsam iudicato. alioquin super ea su-
periorem adito, consulito.

In cuius debiti cautione scribturāve causa, pro 14. Si cau-
qua processit, erit expressa, debitoris confessio-
ni (ni indebitè promisisse probabit) stator. Alio-
quin si indeterminatè loquetur, & indebitè ex-
posita dicetur: debitum quod in ea continebi-
tur aduersarius ostendere tenetor.

Iudex autem nisi scribturam authenticam vi- 1. Si scri-
debit, ad exemplaria nihil facito. ^{pturam.}

Si quæ tamē in notam à tabellione redacta, nec 15. Cum
perfecta erunt instrumenta, isque decepit, & ad ^{P. tabellio}
quos pertinebunt id petēt: iudicis ordinarii au-
thoritate aliis ea fideliter in formam publicam
redigit, per hoc perpetuam firmitatem habēto.

Ipsa quoque instrumenta si propter vetusta- 16. Si in-
tem aliámve quam iustam causam exemplari
petentur: corā ordinario vel ab eo specialiter de-
legato p̄äsentantor. Ipse ea diligenter inspici-
to. Si nulla parte vitiata reperiet: per publicam
personam exemplari p̄cipito. Sic cum origi-
nalibus eandem authoritatem habento.

Vbi cuius instrumentis ut credatur consuetu- 9. Cum
^{dilectus.}
^{in f.}

De fide instrumentorum

do erit; maxumè si is vir honestus siet, autho-
ritatēm habento, admittuntor.

3. Ex li- · Quæ literæ in falsi narratione abrasæ erūt, il-
teris. lius ergo falsæ ne iudicantor, néve suspectæ ha-
bētor. eas, cum sic erratū erit, abradere fas esto.

4. Ex parte. In apostolico quoq; rescripto litera in dictio-
ne obmissa pro vitio ne habetor.

5. Inter dilectos. At quod instrumentum in inductionis adno-
tatione alibive vbi falsitas deprehēdi potuēsit,
si integrum esset, consumptum erit, cuius item
charta vetustior, & scribtura recentior, cuiusve
sigillum vitiosè adpositū erit, aut sibi vel instru-
mēto diuerisum & dissimile, falsum falsatūmve
præsumitor. Quod instrumētum manu publica
confectum non erit, vel lituras habebit, si sigillū
nō habebit integrum, neque integrū ut intelligi
possit nomē habebit: authenticū ne esto. Si quis
actor eiusmodi instrumēta producet, sicut & cū
partium iura sunt obscura, cōtra eum iudicator.

6. Impu- · Scribturæ quoque contrariæ sibi adinuicem
tari. fidem derogāto. si quis eiusmodi in iudicio pro-
ducet; olli imputator.

7. Ac- · Qui literas falsitatis arguere volt, vt ei usque
cepimus. ad certum tempus inspiciundæ congruo secu-
róque loco exhibeātur, præcipitor. Si neque ve-
niēt, neque responsalem mittet: ipsa ulterius ar-
guendi silentium eidem imponitor. Interim ta-
men literæ ipsæ ne vacillanto. si que earum ob-
tentu sententia lata siet: obseruator.

8. Contine- · Exhibitum instrumentum præsente iudice,
git. prudentibūsve viris ab ipso deputandis audien-
tēsque parte cōtraria quæ id postulassit tātum-

modo recitator. Si plura capita cōtinebit: super quo quæstio erit, id tantum describitor, aduersa pars copiam eius habeto.

Apud quam partium communia instrumen-^{12. G. Per}
ta erūt, si pars altera eorum copiam petet, iudex ^{petens.}
fieri curato. alioquin prouocatio esto.

Post antestationes quoque publicatas usque ^{9. Cum dicitur}
ad sententiae diffinitiuæ calculum, antequam ^{lectus. ins.}
conclusum erit in causa, utriusque parti instru-^{prin.}
menta proferre liceto.

De Præsumptionibus. Tit. 23.

Probationibus receptis de causa cognoscens
iudex ex ipsis causarum circūstantiis & præ-
sumptionibus animi sui motum formato.

Quod factum verosimile non esse præsumet, ^{10. Quia}
super hoc, nisi communis loci fama crit, talesive verisimi-
personæ adparebunt, quas verosimile siet nō de- ^{le.}
ieraturas, probationes ne recipito.

Ideo si quis in iuuentute se maturum, hone-^{15. Cū in-}
stum, prouidūmque exhibessit: quod in senili ^{iuuentute.}
æuitate iugum domini abiecerit, temerè ne cre-
duitor. si quis eiusmodi de graui criminе defere-
tur: iudex malignis delationibus ne inclinato.
Spiritus deferētum an ex deo sient ante proba-
to. Prudenter & cautè veritatem indagato, an-
quirive mandato. Nemo literarum scientia pre-
ditus propriæ salutis oblitus ad vitia se conuor-
tisse facile existumator.

Ex cuiuscunque enim vita transacta de sub-^{6. Mag-}
sequenti eius conuersatione præsumitor. ^{data.}

De præsumptionibus.

9. *Scribā.* Et quā in re semel quis neglegens contumáx-
ve fuerit, similem neglecturus creditor.
3. *Ex studiis.* Puer ex studiis suis intellegitor.
15. Inter consanguineas personas nulla sœui cri-
minis libidinisve suspicio esto.
16. *Dudū.* Generaliter quilibet prima facie idoneus, ni-
si aliud in contrarium ostendetur, præsumitor.
Si sic summus pontifex pro aliquo scribet, **I D O N E V S E R I T:** probādi se idoneum nul-
la olli necessitas imponitor.
1. *Sicut no-
xius.* At qui fraudulenter amico nocebit, depre-
hensusque ludens fecisse dicet, tanquam qui sa-
gittas lanceásque mittit in mortem noxius esto.
14. *Lite-
rare.* Eum quoque qui quod ante dixit post dixisse
negabit, etiam si de hæresi agetur, suspectum
iudex habeto. Quod tamen hæreticus pœnitēs
& ad fidem reuertens in alium dixit, post si eun-
dem purgare volet, maxumē si frater eius con-
sanguineusve erit, verisimilius esto. Quod prius
dixit fidei zelo magis dixisse, post amicitia du-
ctus peierasse magis creditor; Propter suspi-
cionem autem quanquām vehementer nemo
de tam graui criminē damnas esto. Attamē præ-
ter iuroriam cautionem, talis, qua timore pœ-
næ coerceri debeat, securitas ab eo recipitor. Ni
post verus catholicus cognoscetur, tāquam hæ-
reticus damnator.
5. *Nonne.* Qui duobus sibi criminibus inlatis vnum
tantum negafsit, alterum tacendo concessisse
accipitor.
7. *Quos-
dam.* Vicinorum mala qui viciniores sunt subtilius
cognoscere creduntor.

Et quæ cominus agetur, cum in longinquum 8. Quarto.
peruererint, in vicino latere ne præsumuntor.

Quid quod obscuros animorum affectus iudeo- 2. Af-
dex etiā violenta præsumptione querito. Si quas fertur.
inter de filio disceptatio erit: quam pro eo eiūs-
q; vita magis sollicitam, cuiusque viscera magis
commota videbit, matrem iudicato.

Is quem iudiciū subterfugere dilationibus vi- 4. Nullus
derit confiteri & sotent esse præsumito.

Si de quorū matrimonio dubietas erit: vicinię 11. Illud.
famam præcipuè attendito. quām à viro in mēsa
lectōq; sicut vxorem lōgo tempore retētam fa-
ma loci habebit, præsertim si publicum instru-
mentū fideliter inter ipsos tāquam coniugēs su-
per donatione propter nubtias cōfectum adce-
det, eam marito affectu cōiugali seruire cogito.

Vice versa, si quis vir solus & nudus cum sola 12. Literis
& nuda muliere in eodem lecto iacuisse, loca-
que secreta ac latebras ad hoc commodas horās
que sēpius elegisse probatus erit, eiūsque inten-
tionem testes credere dicent ut eam cogno-
sceret: violenta certāque fornicationis suspi-
cio esto. Ex hac sententia diuortii, si petetur,
promulgator. qui coniugum id commisit, sine
spe coniugii remaneto. qui innocuus erit, altero
mortuo matrimonii licentiam habeto.

Eadem ratione si cuius sponsum per verba de 13. Tertio
præsenti sponsæ consanguineam concubinā ha- loco.
buisse sic à pluribus manifestum predicabitur,
& viciniæ testimonium habebitur: matrimonio
ne coniunguntor. solutis sponsalibus separātor.
sic consultiūs agitor.

*36. Iura-
mentum.* **A**ctor cum in probatione deficiet, reus, et si nihil præstassit, absoluitor. Si tamen pro actore præsumptio erit: iudex actori reove ad ostendendam eius innocētiā pro personarum & causæ circumstantiis iuramentū deferto. quod iuramentum à iudice parti delatum erit, nisi iusta de causa ne recusator. Sin à parte parti in iudicio deferetur: recusare, & extraquam si quis actione famosa conuentus erit, referre liceto.

*26. Etsi
Christus.* Omnis hominum controvēsiæ ad confirmationē iuramentum finis esto, confirmatio veritatis esto. Ad iuramentum tamen nemo spontanea voluntate inducitor, ad id importuna necessitate tantum quisque trahitor. Cum erit pro re vera, licita, & honesta: sine colpa iurator. in veritate, iusticia, & iudicio id quisque facito. homines per maiorem suum iuranto. is deus esto, Nemo per creaturam iurato. ad eam creatoris honorificentia ne transfertor. si quid tamen licitum sic iuratū erit: seruator. Monasteriorum etiam religiosis ac conuersis, ut in ipsorum causis, cum alii testes deerunt, pro ipsis veritati testimonium cum iuramento perhibeant, indulsum esto.

4. Ego. N. Sed & episcopi, cum consecrabuntur, forma canonica iuranto.

*12. Cum
quidā. in
prin.* In hos, si iuramentum suum transgredientur, grauius vindicator.

5. Nullus Clericos verò suos (nisi quibus ecclesiastica- rum rerum dispēsatio commissa sit) sibi iurare

ne compellunto.

Multò magis clerici laicis à quibus nil tempo- ^{10. Nissis}
rale obtinebunt iuramentum fidelitatis præstare
ne coguntor. hi domino suo stanto cadunto.

Porrò qui fidelitatis & (quod vocant) homa- ^{14. Veri-}
gii iuramenta semel alicui præstassint, successo- ^{factu.}
ribus ipsius iurare ne compelluntor. Sanè ipsis,
ac si iurassint, fidem seruanto.

Si quis tamen fidelitatis iuramentum in alte- ^{22. Eas se.}
rius manibus præstasse dicet, et si quod priùs
præstassit secundo quod ipsum præstare opor-
tebit contrarium erit, in eius, cui debitum erit,
manibus iterum præstare cogitor. prius iuramē-
tum inlicitum habetur.

Sic iuramenta contraria cum præstata erunt, ^{11. Tuis}
quod ratione & iuris autoritate iuuabitur al- ^{nos. i.}
teri præjudicato. Qui tamen præstassit periū-
rium incurrito.

Monachus si contra professionis fidem clau- ^{13. Siche}
strum abiurassit: temerarii iuramēti pœnitētiam ^{ex literis.}
cum stabilitate perpetua in claustro exequitor.

Sic & rex qui regni sui iura & honorem coro- ^{33. Intelle-}
næ seruare, prout tenetur, iurassit, quod de non ^{cto.}
reuocandis donationibus post factis iuramētum
præstassit, ne seruato.

Iudex si secundūm cuius loci ciuitatisve con- ^{19. Venie-}
suetudinem iudicare iurassit, eaque quid aliter ^{tes.}
fieri quam iure cautum siet, mādabit: quominus
iuri pareat, ne excusator. Si quid contrā faxit, ni
restituet, per censuram ecclesi. compellitor.

Et quæ iuramenta contra vtilitatem ecclesia- ^{27. Sic ut}
sticam facta erunt, periuria habentor. vnde ca- ^{nostri.}

De Iure iurando

nonici vacante ecclesia in episcopalibus iuris damnum iuramenta ne faciunto. si faxint: quod adtentatum erit in statum debitum reducitor.

11. *Ad nostrā. sīs.* Nam si quis quid iurās contra canonicas sanções venire in mēte habessit: hoc per iurium potius quam iuramentum esto. Alioquin quam generaliter iuratū erit, tamen interpretatio requiritor. hæc benignior iurisque consentanea esto. si quis adprobatus intellectus poterit elicier: quod iuratū erit recte intellegitor. vt & iuramenti tenor seruetur, & canonica instituta non obmittantur, cautio esto.

12. In omni iuramento ius superioris, si quid contra id iuramentum facere dignoscetur, exceptum intellegitor.

13. *Quan. 10.* Iuramentum insuper iniquitatis vinculum ne esto. quod inlicitum erit, ne seruator. ei qui sciens sic iurassit pro eo pœnitētia iniungitor. si cuius autem, cum licitum erit, obseruatio aliis inutilis futura erit: vt in reprehensibiliter seruari possiet interpretatio requiritor.

14. *Petitio.* Cuius ecclesiæ canonici contra quem nō esse iurabūt, quin pro iuribus & honoribus ipsius ecclesiæ, ac suis etiam specialibus legitimè defendendis contra ipsum stare valeat, ne impediunt. Tantum à coniuratione cōspirationē per quam is cui iurassint persona suę rerūmve suarū omnīū discrimen incurrere posset, aliavē re cuius ergo exactum erit iuramentum abstinentio.

15. *Brevis.* At qui ecclesię iura seruare & defendere quantum sibi potis erit, iurassit, cum imminente necessitate super hoc sub debito iuramenti requisit.

erit, neque difficultas existet propter quam subuenire nequibit, et si adpellabit, nihil excusator. culpa periurii potius inretitor.

Qui cuius mandato stare cum iuramento con*16. Venies*
ueniet, si quid olli priori iuramento ab eo licite
facto repugnat mandabitur, ne seruato.

Ita & cum licitum erit iuramentum, sed inlicitum mandatum, mandatori, ut reuocet, iniungit. *23. Quin-*
tus nullis. Alioquin et si compromissum erit, ad illius obseruationem qui iuravit ne tenetor.

Iuramentum siue à viro mulieri de ea non dimittenda, siue sponsæ de ea ducenda si præstatum siet: conditio, si ipsa in matrimonii desponsationisve legem non peccabit, & in sponsa, si non post leprosa, paralyticáve erit, oculos aut nasum amittet, aliquidve turpius ipsi eueniet, subintelligitor. præcedens tamen fornicatio ipsi ne imputator. Sin post fornicabitur, aut aliquid præmissorum eueniet: neque maritus, neq; sponsus iuramenti transgressionem formidanto.

Si qui in coniuges se nunquam mutuo petituros adiuvicem iurassint: temerarium iuramentū esto. Ad continentiam tamen seruandam monentor, inducutor. Si promissint, & seruabunt: vterque sine alio morari permittitor. Sin quis eorum continere nolet, maxime si adulterium erit utrinque commissum: alter ad alterum reuertitor, & cum ipso morari per censuram eccl. cogitor.

Iuramentum etiam si de vxore super nullo *25. Be. μα.*
crimine adiuvanda præstitum erit: temerarium *Illud an-*
esto. vnde si infidelis fiet, neque vir cum illa fi- *tem.*

De iure iurando.

ne creatoris contumelia, & quin ad infidelitatis errorem trahatur, habitare poterit: actum apud iudicem competentem deferto. Quod si expressè de non adscendā vxore adulterii iuratū erit: vir ad diuortium celebrādum ipsam ne adscusato, tantum ad peragendam pœnitētiā de-nunciato. Sic & iuris iurandi religio seruator, & libera peccandi facultas adimitor.

34. *Mul-*
luci. Quæ mulier quem virum suum esse medio iu-
ramento adfirmasit, neq; tamen probassit, ol-
li absoluto viro matrimonium cum alio contra-
hendi licentia neque dator neque prohibetor.
suae conscientiæ relinquit. Iudex, ne perjurij
author siet, videto.

29. *Sicut.* Quod iuramentum factum erit, eum qui præ-
ij. θεμα stassit, quandiu cui præstitum erit promissa ser-
uare negleget, ne ligato.

3. *Perue-*
nit. ij. Eadem ratione nemo quod alteri iuramento
sive obligatione conditione interposita fir-
massit, implere, si constabit alterum conditioni
minime paruisse, tenetor. Qui propositum pro-
missumve in melius commutabit id infringere
ne dicitor.

12. *Cum* Qui patri, matrīve, fratri, sororīve non loqui,
quidam. aut humanitatis subsidiū non exhibere, aliudve
θεμα. fi quid inlicitum & rationi contrarium iurassint,
ab obseruantia iuramenti absoluuntor. male iura-
ti pœnitentia competens ollis indicitor.

15. *Verām* Qui pro vita rebūsve seruandis inuiti iurass-
int, à iuramenti nexibus absoluuntor. expre-
sē tamen eis, vt iuramenta non seruent, ne dici-
tor. tantum si ea non attenderint, ob id tan-

quam pro capitali crimine ne puniuntor.

In bello quoque iniusto si cui quid per violen-^{29. In prī-}
tiam ablatum erit: vt conquerenti restituantur
occupata, aduersarius inducitor. spoliatus à iura-
mento si quod præstassit absoluitor.

Sic rebus suis spoliatus, vt ablata repetere non ^{2. Perhe-}
possit, nullius iuramēti vinculis adstringitor. Si ^{nisi j.}
coactus iurassit: absoluitor.

Alioquin nemini contra suum iuramētum ve- ^{8. Si verō}
nire, nisi seruatum verget in detrimentum salu-
tis æternæ, liceto. Romanus pont. contra iura-
mentum proprium veniundi, ne author periu-
rii siet, materiam ne dato. Si qui tamen clerici
ministerium ecclesiæ coacti abiurassint: his à iu-
ramento absolutionis beneficium impartitor, in
eadem ecclesia ministrare permittuntor.

At qui quod iurassit non necessitate sed vo- ^{10. Quæra}
luntate implere cessabit, per iurii criminē inreti- ^{lam.}
tus esto, vnde ab ecclesia remouetur.

Si quis autem clericus edita ecclesiæ statuta
seruare iurassit, specialiterque aliquod post sta-
tutum subsequutum per idem iuramentum ser-
uare promittet: ad illius obseruantiam ex debi-
to præstiti iuramēti teneri ne intellegitor, quod
tamen promissit ne transgreditor.

In summa: quæ iuramenta sine vi & dolo spon- ^{28. Cam-}
te præstita erunt, si neq; in fraudem alterius re- ^{contingat}
dundabunt, neque in salutis æternæ detrimen-
tum vergent, seruantur. Vnde mulieres quo-
que si rerum dotalium donationūmve propter
nubtias alienationibus de ipsarum cōsensu factis

De Iure iurando

non contrauenire iurassint : iuramentū seruantō.

**9. Ex re-
scripto.** Item pro conuētione iurata si qui obſides aut fideiuſſores fide præſtitā datī erunt, ſiue etiam ab abbate monachi : omneis quod iurassint implere censura eccleſiaſtica coguntor.

**1. Ex ad-
ministra-
tioneſ.** At ſi quibus creditoribus ſuper uſuris ipſis ſoluendis iuramenta præſtitā ſient: ad ea relaxanda eccleſiaſtica diſtrićtione compelluntor.

**6. Debito-
res.** Debitores tamen ipſi cum de earum ſolutio- ne iurassint , domino reddere iuramentum ad-ſtringuntor . cum eas ſoluerint , creditores red- dere, ſi neceſſum erit , eccleſiaſtica diſtrićtione coguntor. Si non iurassint: ad uſurarum ſolutio- nem, in quibus ſe obligaſſint , debitores ne co- guntor.

20. Ad Si qui verò neque repeteſe, neque uillam qua- noſtrā. ii. ſtationem deponere iurassint, & probantibus à ſe dataſ uſuras reſtituiſ creditor teſtamento forte mandabit, de iſque per dicta teſtium aliave do- cumenta conſtabit: ead hæredes reſtituere com- pelluntor.

7. Ad At debitores quas poſſeſſiones pignori due- noſtrā. i. rent, ſubpoſuerint, eaque donec pecunia ſolu- ta ſiet non repeteſe iurassint, contra iuramen- tum ne ſubtrahunto , pecuniam ſicuti iurassint per ſoluunto, quas ſubtraxint cum fructibus re- ſtituere coguntor. Si quid autem creditor ex ip- ſis ultra ſortem deductis expenſis recepſit : ollis ut reſtituat inducitor, commonitus ni faxit: ex- communicator.

**32. Ex li-
teris.** Si quem autem ex pignoris fructibus quid

ultra sortem recepisse notorium habebitur, neq;
de sortis quantitate per testes liquere poterit:
partes ad præstandum de veritate dicenda iura-
mentum coguntur.

De exceptionibus. Tit. 25.

REORUM nunc, quonam pacto actorum inten-
tionem telaque in ipsos contorta excipiant,
iura tractantur.

Itaque qui reus excipiendo rescripti aposto- *7. Olim.*
lici virtute ultra duas dietas extra suam dicece-
sim se in causam trahi proponet, aduersario ne-
gat e ad eius probationem admittitor. cum pro-
bassit, iudex negocio supersedeto. si non exce-
ptionem admittet: prouocatio esto.

At quæ exceptiones replicatione repellen- *8. Dilecti.*
di vim non habebunt, super his iudexprobatio- *ii.*
nes ne recipito. si recipiundas interloquetur:
prouocatio esto. vnde si cuius ecclesiæ canoni-
cis pro eius defensione litigantibus periurii cri-
men excommunicatione excipiendo repli-
candove opponetur: frustra id esto. nihilominus
ad ecclesiæ defensionem admittuntur.

Excommunicatus verò & à fidelium com- *2. Anno-*
munione exclusus si alium qui olli in oratione *bis.*
locutione sciens prudens communicasset, ob
idque à sacramentorum tantum participatione
remotus siet, adcausabit: quanquam de commu-
nione replicabitur, repellitor.

Denique excommunicationis exceptionem *12. Exce-*
reus, et si in dilatoriis proponendis sciens omis- *ptionem.*

De exceptionibus.

sit, in qualibet parte litis opponere ne prohibe-
tor. Nemo enim in animæ suæ periculum ipsi
communicare cogitor. Si tamen dolo fraude o-
missit: expensas legitimas aduersario sarcire dā-
nas esto. Poblicè autem excommunicatum a-
ctorem iudex cum noscet, quanquam reus non
excipiet, ex officio suo repellito.

4. *Pasto-*
ralis. Extra hanc dilatoriae omnis intra tempus
quod iudex adsignasit proponutor. Eo elapo,
nisi quæ à partibus ante protestatæ erunt, com-
petensve aliqua de nouo exorta erit, vel qui eam
opponet ad suam noticiam postmodum perue-
nisse iuramento fidem faciet, ne audiuntor.

5. *Apo-*
felice. Si de cuius autem ecclesiæ ordinatione agetur,
potentib[us]que eam suspensionis & amotionis
à beneficiis sententiæ in exceptionis modum
obiicientur, & ipsi contrà nullas esse probare
offerēt: ordinatio huius ergo ne retardator. sen-
tentia ad cautelam relaxantur.

5. *Com-*
inter. Reo quoque, quem quis impugnabit, quan-
quam excommunicatus dicetur, neque defen-
sionis copia, neque, cum in via absolutionis erit,
iusta sententia, neque adpellationis beneficium
contra iusticiam condemnato denegantur. Ip-
si tamen neque impugnare neque reconuenire
liceto.

11. *Signif.* Et generaliter omnis legitima defensio excō-
cauerunt. municato in iudicio reseruata esto. vnde excom-
municationis obiectæ prætextu ab adpellatio-
nis prosequitione ne excluditor.

14. *Vene-* Itaque excommunicato siue ex eadem, siue ex
rabilim. alia causa, quam ex qua adpellatisit, adpellationē

prosequi, & super ea literas impetrare liceto. et si de ipsa excommunicatione eiusve causis mentione in literis habita non erit, valento.

Multò magis excommunicationis sententiae,^{10. Dilecta.}
quæ post adpellationem legitimam lata erit, excep-
tio etiam apud iudices quos sic excommuni-
catus impetrasset, si contra eum proponetur,
ne admittitor.

Quos in diuersis ecclesiis varia beneficia con-^{3. Cum ec-}
stabit obtinere, contra alium de pluralitate be-^{clesiastica}
neficiorum ne excipiunto.

Criminum per exceptionem tantum testibus^{1. Denique.}
obiectorum probatio, si de his ante adcausati nō
erunt, antequam causa per sententiam terminetur,
exhibetur. Testes enim absqueulla infamia,
suspitione, maculâ manifesta in ferundo te-
stimonio requiruntur. Conuicti tamen confessi-
sive, cum adcausatio non præcesserit, ordinaria
pœna ne mulctantur. præsertim si crimen obie-
ctum causam qua de agetur non continget, ip-
sos à testimonio perhibendo repellit sat esto. Si
sola crimina erunt obiecta de quibus alio tem-
pore conuicti confessive fuerint: à testimonio re-
pelluntur. eorum confessioni contra alios, nisi se
probassint insolentes, ne creditor.

At si contra quem rem suam petente pro ad-^{13. Ad-}
uersario, cum litis motæ tempore non posside-^{uersario.}
ret, absolucionia lata erit: si tamen post posside-
bit, iterum rectè petitio. petitori rei iudicatae ex-
ceptio ne obserbito.

Postremò qui exceptionem obiiciet, de ad-^{6. Cum ve-}
uersarii intentione confessus fuisse ne intelle-^{nerabilis.}

De præscriptionibus.

gitor. falsitatis exceptionem non tantum ante,
sed & post sententiam opponere liceto.

De præscriptionibus. Tit. 26.

Exceptionum autem ea quæ est ex præscrip-
tione temporis potissimum esto. de ea hæc
cauta sunto.

*5. Vigilan-
ti-* Legislator antiquus solùm ad vitandam miserorum segniciem, & longi temporis errorem & confusionem primùm tricennalem, quadragenariámve præscriptionem instituisse creditor. Apud nos verò tam in cognitis rebus, quām in latentibus ea locum ne habeto. Itaque in prædiis alienis etiam ne male fidei possessores simus desiderator. malæ fidei possessorem, ni, cùm se aliena possidere norit, resipuerit, nulla antiqua dierum possessio iuuato.

*20. Quo-
tidia omne.* Immo hodie absque bona fide nulla præscrip-
tio tam canonica quām ciuilis valeto.

19. Venieſ. Itaq; nedum qui præscriptione completa pri-
uilegium impetravit iuri præscriptionis renun-
ciasse intellegitor, sed & si ea non completa im-
petravit, cum ex eo die bonam fidem non ha-
buisse censeatur, præscriptionem ne impleto.

*17. Si dili-
genti.* In summa:is qui proprio nomine possidet, si
non & bona fide, & iusto titulo possideat, ne
præscribito. Nam quod ad eum spectat qui alieno
nomine possidet, cum non ipsius verè possi-
deat, ne præscribito. Is cuius nomine possidetur
possidere intellegitor.

Præscriptionum autem tempora hæc sunto.

Qui

Qui locum ad catholicam unitatem conuorte- 1. *Placuit.*
 rit, cùmque triennio repetente nemine possede-
 rit (modò locus is episcopum tunc habesit,
 cùmque catholicum, & is interim tacuerit) ab
 eo ulterius ne repetitor. Si nō habesit, aut ha-
 reticum habesit: ecclesia matrici ne præaudi-
 cator. Ex quo autem die episcopum habebit,
 ille ex heresi redibit, intra triennium eum lo-
 cum repetere liceto.

Ceterum omnis possessiones ad singulas epi- 3. *Sanctorum.*
 scoporum provincias pertinentes à quibus an-
 nos triginta possessæ sunt quietæ, sinceræ, absq;
 synodali proclamatione, perpetuè tenentor.

Hodie autem clericus contra episcopum (ni 4. *De*
 fors interim sedes cathedralis vacassit, pro quar *quarta.*
 ta decumæ & oblationibus defunctorū de qua-
 dragenaria præscriptione tantum iure excipito.
 R.o. ecclesia triginta annorum præscriptionem
 contra ecclesiam ne admittito.

Et ut semel atque iterum dicatur, aduersus ec- 8. *Illud*
 clesiæ minor præscriptio quam quadragenaria *autem.*
 in Romana ecclesia ne admittitor. sed & ea incō-
 cussa esto. quod si de præscriptione & interru-
 ptione inter partes questio erit: ab utraque par-
 te testes recipiuntur. interuptio si probabitur:
 præscriptio ne teneto.

Quadragesimalis ergo decumarum præscriptio *6. Ad au-*
res.
ecclesiæ contra ecclesiæ omnē actionē excludito.

Sed & exorta inter duos prælatos de finibus 9. *Quia*
questione agrimensoris diffinitione ea finitor. iu-
dicante.
 dux ad loca de quibus agetur adcedens eā termi-
 nari facito. quadragesimalia tantum præscriptio

De præscriptionibus.

utrique seruator.

13. *Aud*
audiens. Contra R.o. verò ecclesiam, vasallumve ius ab ea habentē nō nisi ceteraria præscriptio currito.

14. *Cum*
nobis. In qua tempora schismatum intercedentium ne computantor, sed de ea deducuntor.

15. *Nihil*
prodest. Denique taciturnitas R.o. pontificis ac patientia, qui ad scandalum, aut forensem strepitum vitandum nihil de causis pauperum cum laicis detentoribus disfinierit, eius successoribus in rebus pauperum ne præiudicato.

16. *Ex*
transmissa. Fortiori ratione hostilitatis tempore decumans, oblationum, aliarumve ecclesiæ obuentationum præscriptio ne currito.

17. *Aud*
ditis. Sed & quāuis inferior prælatus vti abbas contra episcopum in certis ecclesiis dicēcesis ipsius ius episcopale præscribere valeat: de ea tamen præscriptione tempus quo fides episcopalis vacassit subducitor.

18. *Cum*
omis. Atq; adeo abbas, qui ita vt dictū est in aliquibus ecclesiis contra dicēcesanum episcopalia præscriberit, in his solis quæ præscribit obtineto. cætera dicēcesano adiudicantor. In queis autem præscriptio locum nō habeat hæc sunt.

19. *Causam*
que. Laico, si decumarum præscriptionem, vel ecclesiasticæ, secularisve personæ concessionem allegabit, nihil proficito. decumas cum retinere non possit, eas nulla ratione præscribito.

20. *Acc*
dentes. In procriptionibus legatis, & nūciis apostolicæ sedi debit is nisi qui speciali priuilegio apostolico ab eis præstandis immunes se ostenderint, et si eas longissimo tépore nō præstassint, cū in his præscriptioni locus non fiet, ad eas teneri

decernuntor.

Sed & inferior prælatus qui in alicuius episco- 12. Cū non
pi dicecēs cōstitutus est olli eiūsve ecclesię obe- liceat.
dientiā & reuerentiam sicut alii clericī non ob-
stante præscriptione temporis impendito.

Et sicuti subditus contra visitationem, sic & 16. Cū ex
contra procuracyem ratione visitationis su- officij.
periori debitam præscriptionē ne adquirito. Cō
tra eum tamen aliis prælatus vtranque præscri-
bere potest.

De sententia, & re iudicata. Tit. 27.

A Bсолuta disceptatione iudicaria ad senten-
tiam peruenitor.

Ea postquam in rem transit iudicatam, quan- 13. Cum
tum ad litigantes ipsos ius facito. etiam si con- inter.
tra ius litigatoris, modò non expreſſe contra ius
constitutionis lata fuerit, seruator . veritate
gestorū sermonibus præualente rite per omnia
celebrata præsumitor. per eam ecclesia prælato
inferiori episcopo subiicitor.

Cūm itaque sententia post decendum in rem
trāseat iudicatam, qui intra id tēporis non pro-
uocassit, cūm ex eo iuris interpretatione senten-
tiæ paruisse videatur, hodie adpellans, maxumē
si causa non redditur adpellandi, ne auditor. Sed
nec exequitio sententiæ ideo retardator . Ab
ea exequitione, ni fortè modus excedetur , ne
adpellator. Si in sententia quadrimestre tempus
à lege indultu arctatū fuerit à iudice(quod nō
nūquā potest, vt & illud prorogare) cōdēnatus,
qui breuiorē terminū sponte recepsit, sibi impu-
tato, ex hoc beneficiū legis contēpsisse videtur;

15. Quod
ad consu-
tationem.

De sentent.& re iudicata

Decendum autem adpellandi non à die finiti termini, sed latæ sententiæ currito.

14. *Causam que-*

Sed & sententia nihil iniquum continens ab eo lata cui de communi partium adsensu causa commissa fuerat, quique, vt sententiam ferret, post examinationem causę ab utraque parte requisitus est, quamuis proponat adpellans eam contra formam mandati promulgatam, idque per antestationes probare nisus sit, quia tamen iudicis animus non semper ad unam probatio-
nis speciem inclinatur, confirmator.

20. *Inter-
monasteri-
rium.*

Denique secunda sententia dislinitiuia in di-
uersa instantia contra primam sententiam, de
qua exceptum non fuit, lata teneto. ei qui de pri-
ma non excepit imputator, nec prætextu no-
uorum instrumentorū hodie lites instaurantur.

21. *Subor-
ta.*

Ita nec prætextu priuilegii de nouo reperti sen-
tentia contra illud lata retractator.

4. *Eaque*

Quæ ita canonice iustéque diffinita erunt
Romani pont. sententia confirmantor.

19. *In cau-
sis.*

Romanus autem pont. in causis decidundis
ius & equum (ni ex necessitate vilitatēve ali-
quid dispensatiuè statuet) obseruato. In simili-
bus enim casibus ceteri similiter iudicare tenen-
tor.

5. *De cate-
ro.*

Is si sententiam suam exequundam alicui mā-
dassit, & fraus interuenerit: exequutori de toto
negocio cognoscendi facultas ne esto. questio-
nes quæ inciderint ad se.apo.referuntor.

12. *Cum
olim.*

Et tunc etiam sententia Ro. sedis, cùm ei ali-
quid subreptum fuerit, in melius commutator.
vnde si Ro. pontifex contra pronunciationem

suam eaq; tacita beneficiū alicui contulerit: olli
perpetuū silentiū imponitor. his ad quos de iu-
re prouisio pertinet, vt ad eius ordinationē pro-
cedant, mandator.

Sic & quos per iudicium ecclesiæ non legiti- ^{7. Lator.}
mè separatos ecclesiāmq; deceptam fuisse con-
stiterit, hos iudex ecclesiasticus insimul redire
& permanere curato. canonice cōtracta matri-
monia leuiter ne dissoluuntor.

Vnde si quis per sententiā ab impetitione mu- ^{10. Tener.}
lieris eū in virū potentis, à quo se publicè subar-
ratam probare offeret, ea absente absolutus erit:
iterum de causa cognoscitor. si interim aliā su-
perinduxerit: ad eam, antequam de causa cogni-
tū siet, sub interminatione excommunicationis ne
adcedito.

Vice versa à sententia separationis per iudiciū ^{11. Confess.}
ecclesiæ rationabiliter iter aliquos promulgata, ^{guinei.}
ad solam alterius confessionem causam separa-
tionis falsam fuisse adserentis, ni aliās legitimè
probabitur, ne recedor.

Sanè si post sententiam, à qua adpellatum est, ^{22. Cum.}
constiterit testes, ex quorum dictis tantum lata ^{I. & A.}
fuit, conspiratores fuisse, ac contradicente parte
receptos: ea retractator.

Quod si contra leges canonésve lata erit: licet ^{1. Senten-}
nō sit adpellatione suspēsa, reapse ne subsistito. ^{tia.}

Vnde sententia contra ecclesiā spreta forma ^{8. Cū cau-}
canonū etiam à delegato summi pont. & secun- ^{fa.}
dūm consuetudinem regionis lata & confirma-
ta reuocator. licet enim vsus vel consuetudinis
nō modica siet authoritas, nunquam tamen ve-

De sententia & re iudicata.

ritati aut legi præiudicato.

9. *Inter ce-
teras.* Atque adeo quamuis causa adpellatione remo-
ta committatur, si tamen sententia feratur ini-
qua, ea euacuator, nec, si manifestam iniquitatē
continebit, ei stator.

18. *Cū Ber-
tholdus.* Itaque si citatus ad sententiam ex legitima cau-
sa iudici ignota non comparessit: sententia qui-
dem eo absente lata teneto, at probante legitimi-
mam absentiae causam, aut non legitimè probá-
te dūmodo de iniquitate sententiæ obponat, eāq;
ex actis causæ adpareat, retractator.

24. *Ad
probandū.* Quod si ex eo quod vñus ex iudicibus qui sen-
tētiā dixere excommunicatus esset, aut ex alia
iusta causa sententiā infirmata sit: de negocio ite-
rum cognoscitor.

26. *Duo-
bus.* Diuersis autem sententiis à duobus ordinariis
iudicibus latīs, ea quæ pro reo est, præterquam
in causa fauorabili, teneto. si à delegatis: vtraq;
ex arbitrio delegātis pendeto. si ab arbitrīs: neu-
tra valeto, sed concordanto.

3. *Non po-
test.* Itidem nemo nisi concordi sacerdotū senten-
tia, idque iustis ex causis, degradator.

23. *Cum te-
ab E.* Qui per sententiā iudicis pro nulla vel mini-
ma iniuria damnatus erit, infamia ne notator.

2. *Iurgan-
tium.* Iurgantiū controuersias celeri sententia iudex
terminato.

6. *Cum ali-
quibus.* Si quibus possessionem adiudicafsit: hi in cor-
poralem possessionem mittuntor, nec ollis dari
pignora sufficito.

17. *Cum
super.* Ab eius autē sententia nedum condēnatus, sed
& tertī⁹ cuius interest adpellare valeto. ea quoad
condemnatum nihil in contrarium rationabile

allegantem confirmator. quoad tertium, si ad-
pellationem debitè prosequi cepsit, exequutio
differtor, suspenditor. alioquin absque eius præ-
iudicio exquutioni mādator. Res enim inter a-
lios acta alii ne noceto.

At quāuis res inter alios acta regulariter alii nō ^{25. Quæ-}
noceat, ei tamē, qui cū sibi primū ea de re actio
defensiove cōpeteret, sustinuit sequētem agere,
ac ei qui passus est eum à quo causam habet ex-
peririer, præiudicium generator.

Postremò sententia & testibus probator. Si ex ^{16. Sicut.}
eorum depositionibus eam à iudice suo latam
constabit: quamuis de causis nihil dixerint quæ
iudicem ad sententiam proferendam mouere so-
lent, tamen propter authoritatem iudicariam
omnia legitimè processisse præsumuntor.

*De adpellationibus, recusationibus, &
relationibus. Tit. 28.*

NVnc ad adpellationis remediū lata sentētia
deuenitor in quo primū hoc theorema esto.

Quorum adpellationes recipiantur.
ADpellationibus pro quacūq; leui causa fiēt, n. *De ad-*
nō minūs q̄ si pro maiorib^s fierēt, defētor. *adpellationi*
bus.
Et quidem iure canonū ante pōstve contesta-
tionē, & in prolatione sententiæ, pōstve eam fin ^{12. Super}
gulis adpellare liceto: tamē si lege seculari(nisi ^{eo. ij. In} prin.
in casibus) ante sententiam ne liceto.

Quinimo adpellationes interdum etiā fingun ^{72. Vna}
tor. Si enim plureis vna sentētia dānates sient, & ^{sententiā.}
vnum adpellabit, negociūmque cōmune, & ea-
dem defensionis causa erit: eius victoria cæteris

De adpellat.recusat.& relat.

suffragator, olli adpellasse censentor.

52. *Dilecti. iij.* Sic & qui tantum cōtra superiorē suū ad apo-

sedē iter arrepsint, pro adpellantibus habentor,
excommunicatio postea ollis inrogata ne teneto.

73. *Si iustus.* Deniq; qui iusto metu non adpellassit, si intra
prouocationis tempus debitè protestatus fiet, &
adpellationis causas expresserit : pro adpellante
habetur.

34. *Ad audiētiā.* Sic & presbyter qui ob episcopi molestias se
& ecclesiā suam sedis apo. protectioni subiiciet,
licet adpellationis verbum ex simplicitate fortè
non exprimet, sine causæ cognitione sententia
aliqua ne condemnator. Si quam episcopus fe-
ret:ea nulla denunciator.

1. *Diffili.* Multò magis ergo beneficii conlatio ad infe-
riorem prælatum pertinēs , si ante eius moram,
maxumē post expressam eius adpellationem à
superiore facta fiet,in inritum reuocator.

5. *Cum sit R. de pux. preter. a.* Quid quod raptor, vel violētus alienæ rei de-
tentor si adpellabit, ni fortè antophorus mani-
festusve criminosus erit, auditor.

13. *Perue-
nit. f.* Itaque si clerici se ab aliquibus volneratos, a-
liásve læsos querentur , & qui impetentur apo.
sedem adpellabunt:ni eoru excessus publicus &
notorius fiet,eos,vt intra conueniens tēpus ad-
pellationē interpositā prosequātur,iudex eccl.
cēsura cōpellito.sin huiusmodi erit : adpellatio-
ne non obstante excommunicatos denunciato,
& vt taleis cautiùs euitarier , donec iniuriam
passis satisfaxint,& cum literis apostolico se vol-
tui repræsentassint, facito.

47. *Ex parte.* Porrò qui ad locum non tutum ciebitur, et si

remota siet adpellatio, liberè adpellato.

Item si quis tutorio nomine conuentus ex- 67. Ex spirasse tutelam excipiet, nec audietur : adpella- parte. q. to. postea innouata inritantor, circunducuntor.

Item si quid iudex ante litem contestatam su- 69. Signi per principali negocio decreuerit, aut diem, ma- ficante. xumè de cōsensu partium adsignatam, praeuor- terit:adpellator. Sic & si quid procurator contra mandatum faxit:in inritum reuocator.

Præterea si non audietur reus excipiens acto- 48. Signi ris procuratorem sufficiens mandatum non ha- ficiantibus bete , aut se aliis literis , de quibus in proxumis nihil cautum siet , in ius vocatum : optumè ad- pellato .

Sed & si à reo fundus petetur, ille autem, cùm 49. Signi plureis possideat, fundum ostendi postulet, nec ficiantibus audiatur:prouocatio esto.

Si iudex errorem aduocati eadem die reuo- 62. Cum catum pro litis contestatione volt haberier, aut causam. testimonia à subdelegatis subdelegatorum rece- pta adprobabit:prouocatio esto.

Si quis postquam ad pont. sumnum ab epi- 54. Sollicito scopo adpellassit, ab eo excommunicabitur, & tudinem. causam hāc ad metropolitanum simpliciter de- feret:adpellationi quidem renunciare intellegi- tor, metropolitanus causam auditio. si de pro- sequunda adpellatione protestabitur:metropo- litanus ne cognoscito. si faxit:episcopus(ni ma- nifestissima erit excommunicationis à se inlatæ nullitas)adpellato.

Si adpellatus excipiens de obmesso medio non 66. Dile- audietur:prouocatio esto. si qua post prouoca- tio. iiiij.

De adpellat.

tionem in eum sententia lata erit: ne teneto.

7. *Si duobus. in prin.* Vnde si duorum litigantium alter ad summum pont. alter ad iudicem suum adpellassit, & hic ad diem aderit (tametsi aduersarii adpellationem tacuerit) ille verò legitimè citatus in ius non venerit: excommunicationis sententia in illum à iudice pro contumacia promulgata (ni eū ad summum pont. adpellasse norit) teneto.

8. *Præm.* Cæterùm à ciuili iudice ad ipsum Romanum
Denique. pont. si adpellabitur: in iis qui temporali eius dictio subiecti erunt adpellatio teneto, in aliis, et si de consuetudine ecclesiæ tenet, de rigore ne teneto.

Quorum adpellationes non recipiantur.

65. *Sua no bis.* AB eadem sententia eidem tertio adpellare ne liceto.

2. *Inter cetera.* Adpellatio generaliter interposita super omni causa quæ aduersum adpellantem aliquo tempore moueri possiet ne admittitor.

18. *Consuluit. si.* Itaque si generaliter adpellabit quis ab omni grauamine quod sibi contingere possiet: adpellatio ne teneto. sin ab aliquo iudice super omni grauamine quod sibi in una causa inferri queat adpellassit: olli defertor.

29. *Cœfū luit. iii.* Si qui à decreto de non detinendis à Iudeis Christianis mancipiis adpellassint: huius adpellationis prætextu ab obseruatione decreti ne abstinentor.

34. *Consuluit. i.* Si qui quos vxorem alterius detinere, aut in

clericum manus violentas iniecisse notoriū erit, adpellabunt : adpellationi ne defertor . Iudex autem, ne quod dubium est pro notorio habeat, videto, caueto. Adpellātes, vt intra tempus conueniens adpellationem prosequātur, aut iudicio suo adpellatione remota pareant, cogito.

Qui ergo monitus adpellabit, si excessus manifeltus fiet, adpellationi eius ne defertor . Sin dubius, probabilem causam coram iudice expo-^{61. Cum specia- θεμο-}
nito . Si aduersarium habebit : intra terminum ^{porro.} pro locorum distantia, temporis qualitate, & negoci natura à iudice moderādum adpellationem prosequitor. Ni faxit : iudex non obstante adpellatione cognoscito. aduersario nullo parēte, idem ex officio suo procedito . adpellationis causa superiori probata, is iudicato. in ea si deficiet appellans: ad iudicē à quo amandator. hæc ad regulareis ne extenduntor.

Si quando enim regularis ad remedium ad-^{3. Ad nō stram.} pellationis conuolauerit: abbas non ideo minus cōrigito, castigato. Adpellationis remedium nō ut cuiquā à religionis & ordinis obseruantia exorbitanti patrocinetur introductum esto.

Si tamen canonicus à priore propter enormi-^{31. De priore.} tates manifestas ad sedem apo. adpellasset, & is non detulerit: cum literis veritatem continentibus de tanto excessu satisfacturus ad sedem apo. venire compellitor.

Alioquin nedum regulares non appellant, sed ^{32. Quia nos.} & eorum abbates, qui publica infamia respersi conuictive, deinde in communi capitulo mo-

De adpellat.

niti prælationi cedere noluerint, adpellandi facultatem ne habento.

26. *Reprehensibilis* In summa: prælati omnes non nisi canonica monitione præmissa suspensionis vel excommunicationis sententiā in subiectos (ni fortè talis colpa siet quæ ipso suo genere pœnam huius modi inducat) proferunto. E regione subiecti contra disciplinam ecclesiasticam in vocem adpellationis ne erumpūto. quod si quis ex necessitate adpellassit: competens ei ad prosequūdam adpell. terminus præfigitor. intra quem si prosequi negleget: episcopus autoritate sua liberē vtitor. Adpellato ad iudicē veniunte, adpellans, si deficiet, & proprium habebit, expensas eidem sarcire damnas esto. Maxime vero religiosi, cu pro excessu aliquo conrigundi fuerint, contra regularem prælati & capituli sui disciplinam adpellare ne presumunto. quod ollis pro salute iunctum erit humiliter ac deuotē suscipiunto.

38. *Cū in eccl.ia.* Si quando autem quis ab episcopo ad superiorem adpellassit: superior, antequam adpellationem vel à grauamine vel ab iniusta condemnatione esse porrectam sibi constiterit, eam ne admittito, adpellantem ad episcopum eius iudicio adpellatione remota pariturum amādato.

63. *Dilectio.* Immo quamvis adpellans exceptionem fese iustissimam & verissimam corā iudice allegasse docebit, ni tamen constabit ob eam non admissam adpellatum, ne sufficito.

70. *Inter posita. in prin.* Porrò interposita ex probabili causa adpellatione, adpellanti probare quod ob eam non admissam adpellauit, si non & eam doceat esse ve-

ram (nisi se probaturum offerens admissus non fuisset) nec sufficito.

Sed et si adpellans adpellationi suę terminum ^{64. Nic.} præfixerit, & procuratorem non nisi tamen ad ^{140.} impetrandum & contradicendum ordinassit; is insufficiens existumator, adpellans aduersario prosequenti expensas sarcire damnas esto.

A dpellanti tamen, si nec iudex adpellatio- ^{70.} nem recepsit, nec pars adprobassit, super prose- ^{θεμα.} quunda adpellatione literas per procuratorem ^{etidem.} ad impetrandum & contradicendum constitutum impetrare, licet aduersarius per se, vel pro- curatorem idoneū apud sedēm apo. litigare pa- ratus siet, permittitor.

Præterea qui aduersarii adpellationi deferre ^{42.} An neglexerit, si post adpellabit: eius adpellationi ^{sit.} ne defortor.

Vnde si quis etiam archidiaconus post adpel- ^{21. Cōfisi-} lationē coëligētium ad nominationem alicuius ^{tutis. i.} procedet, nec ollis deferet, hīq; postea nec eius adpellationi detulerint, & ad pastoris electionē processint: ea, si in alio non peccabit, authorita- te apo. confirmator.

Contra electum autem confirmatum adpel- ^{46. Cōfisi-} latio exceptiōve, maxumē frustratoria ad impe- ^{tutis. ii.} diundum electionis confirmationisve effectum ne admittitor. Is tamen indepta possessione de- nunciarier vel accusarier valeto.

Cæterū si quis intra legitimum tempus ad- ^{45. Con-} pellationem non prosequetur: nō ideo officium ^{fūtūtūs.} iudicis in eo in quo exuberat ex ermodicio im peditor, perimitor, ipsius itaq; iudex officio suo

De Adpellat.

(si fors de electione lis erat) de meritis causæ & personæ anquirito.

43. *No-*
uit. A mero autem exequutore (ni modum exce-
det) maxumè si cū formula, **A D P E L L A T I O-**
N E R E M O T A, datus siet, ne adpellator. sed nec
vt suspectus recusator.

Porrò in predicta formula, quia de ea mentio
incidit, hæc seruantor.

44. *Secun-*
do. in pri. Cūm pluribus articulis in vna commissione
positis in vno tantum contingit adpellationem
expressè veterier, in omnibus adpellatio inter-
dicta intellegitor.

71. *Inquò-*
sitions. Si tamen adpellationis remotæ clausula in
medio literarum posita erit, & plura negocia
sient se minimè contingentia (ni fortè in fine li-
terarum repetetur) præmissa tantum comple-
ctitor.

53. *Posto-*
ralis. in
prin. Per clausulam autem remotæ adpellationis
omnis omnino adpellatio nominatim à iure nō
indulta prohibetor. sanè adpellans si iniustè gra-
uabitur: grauamen per superiorem emendari
valeto.

9. *Memori-*
mus. Causa cuiquam adpellatione remota commis-
sa si reus post citationem ad sedem apo. iter ar-
repit: non ideo minùs iudex secundum iuris for-
mam in negocio procedere valeto, sin ante cita-
tionem: ne procedito.

10. *Ad*
beccissi. Et generaliter iudex, si ei parebit adpellan-
tem ante citationem, antéve quām olli delega-
tio innotesceret, nuncium ad sedem apo. desti-
nasse, adpellationi deferto, alioquin mandatum

exequitor.

Quod si antequam citaretur quis, statimque ^{15. Sugge-}
at aduersariū literas apostolicas reportasse sen- ^{stum.}
sit, dolo fraude in vocem adpellationis proru-
pit, itēque arrepit: eo quoque casu adpellatio-
ni iudex ne deferto . causam sibi cōmissam ter-
minare huius ergō ne postponito.

Lis autem intra certum tempus decidunda si ^{12. Super}
committetur: cum iudices literas recepsint, tum ^{eo. ii.}
demum terminus currere occipito. ^{Bemaf.}

*Ne quid noui adpellatio-
ne pendente.*

Qviri etiam extra iudicium ex verisimilibus ^{11. Bone,}
& probabilibus causis, ne in possessio-
ne molestetur, adpellasset, si postea spoliabitur,
ante omnia in statum, in quo tempore adpellati-
onis emissæ fuerat, restitutor, fructusque me-
dii temporis à spoliatore perceptos recipito.

Vnde si eorum possessio , qui ad summum ^{17. Cum}
pont.adpellassint , turbata siet, & exinde ad iu- ^{teneatur.}
dicem à quo adpellatum est querela perueniet
vt ea ollis reformet prætermisso eo de quo ad-
pellatio interposita est articulo: id eidem ordine
iudicario experiri liceto.

Alioquin etiam negocio aliquo à summo pōt. ^{16. Ut no-}
ad cognitionem suam euocato, processus postea ^{strum.}
per inferiorem factus, ac si ab eo adpellatum es-
set, ne valet.

Adpellatione enim legitimè interposita prin- ^{15. Dis-}
cipale cum accessionibus ad iudicem adPELLA- ^{ctis.}

De adpellat.

tionis defertor, vnde excommunicationis interdictive sententia post eam inlatæ ne tenento.

40. Pre-
terea. ii. Immo & excommunicationis, suspensionis, interdictive sententia sub conditione lata, si ante conditionis euēntum adpellatum fiet, suspenditor.

53. Pasto-
ralis. Alioquin excommunicatus licet ab excommunicatione prouocabit, nihilo minus denunciarier, & ideo beneficiis ecclesiasticis ad tempus spoliarier valeto.

37. Ad
huc. v. In summa: post adpellationem nulli excommunicant, interdicuntur. quod si ante adpellationem interdicto suppositos esse cōstabit; illud ne declinanto, illud seruanto.

26. Ad
præsentia. At si Presbyter post excommunicationem contra legitimam adpellationem inlatam diuina celebrassit: eius ergo ne inquietator, omnia ad eum statum, quo tempore emissæ adpellationis erant, reducuntur.

19. Cum
parati. Econtra etiam episcopus adpellationis obtentu ad vocationem legati venire ne contemnit, si fixit: vel in personam, vel per nuncios apostolico se voltui repræsentato, innocentiam suā, si possiet, ostendito.

25. Qua
fronte. Pro quibus autem causis interdictus vel excommunicatus quis est si iusticiam exhibere offerat: eum iudex ne in excommunicatione decedat (etsi, ne absoluatur, adpellabit aduersarius) absoluere valeto. Ab eo tamen quod coram superiore, si mauolet aduersarius, eiūsve delegato iuri pariturus fiet, sufficiētem prius cautionem recipito. De iis qui se inrationabiliter excom-

municatos, interdictosue querentur / etsi qui sententiam protulere ad sedem apo. adpellas-
fint) idem esto.

Si quis in vna causa adpellassit, & pendente ^{6.} Ad adpellatione crimen committat, priusue com. ^{hec. i.} misisse dicatur, ac modò adscusetur: in summa, si de re alia, quā super qua adpellatum est, conueniatur, eaque ad examen iudicis, à quo in alio negocio prouocatum est, perferatur: eū, si volt, vt suspectum vitato, alioquin eius iudicio, maxu mē si ordinarius siet, statu.

Itaque si qui etiam ad apo. sedem adpellassint, ^{22. Pre-}
& postea grauia committentes se, dum conue- ^{terea. 11.}
nientur, adpellatione tuebuntur: eos adpellatio in iniuitate ne tueror, at excessus censura ca-
nonica punitor.

Licet autem adpellatione non obstante tenea- ^{24. Pro-}
tur quis in aliis, in queis adpellatum non est, re- ^{posuit.}
spondere: iudex tamen à quo, cùm olli suspectus siet, eum ad id ne compellito. Crimē adeo gra-
ue & manifestum, quo ipso actu merito damnā-
dus siet, excipitor.

Si super exceptione aliqua orta quæstione ^{10. Super}
continget adpellarier: eidē, & si principalis cau- ^{eo. i.}
sa sine illa non possiet terminarier, huic quoque supersedetor.

Quod si quis de falsi suggestione excipiens in adpellationem prorūpet: sententia ne differtor.

Causā ad iudices à quibus adpellatum est, ni ^{35. Ac-}
pars consentiet, ne amandator.

Adpellans tamen (si petierit, & needum alii ^{70. Inter-}
siet cognitio demandata) non obstante adPELLA- ^{posta}
^{θεμα}
M ^{pens.}

De adpellat.

lati reclamatione, cùm iam eius non intersiet;
ad iudicem à quo amandator, remittitor, at olli
expensas sarcire damnas esto.

60. *Cum cessante.* Sic & iudex seu ordinarius seu delegatus si quid comminando vel interloquundo protulerit quo exequutioni demandato litigantium alter grauaretur, & ab eo grauamine adpellatum fiet, móxque grauamē reuocabit, ita vt iam adpellantis non intersiet: ni ex alia iustissima causa suspectus erit, liberè in causę cognitione procedito.

De temporibus adpellationum.

5. *Cum sit Re in prī.* Si ante póstue sentētiam adpellatum fiet: adpellationibus annus, at ex necessaria & euidenti causa biennium indulgetor. hoc, nisi forte iudex à quo pro locorum distātia, personarūm ve & negoci qualitate tempus cōtraxerit, obseruator. Intra quod si post sententiam adpellans prosequutus non erit: sententia teneto, is causa cecidisse videtur, super eodem negocio amplius ne auditor. Sin ante sententiam adpellauerit: illius ad quem adpellasset iudicio stare cogitor. Si quis à grauamine & ante litis ingressum adpellabit: auditor. iure canonico etiam extra iudiciū passim adpellare permittitor. hę prouocationes ad causam non adpellationes dicuntur.

59. *Vt debet.* Hodie autem si quis coram idoneo iudice cōuenierit aduersarium: ille ante sententiam absque rationabili cause ne prouocato. nec, si se nūcium ad superiorem destinasse, aut literas ab eodem, quæ necdum delegato præsentatæ sient,

impetrasse aiat, obstat. Sin adpellandum ex rationabili causa existumabit: coram iudice causam exponito, superior de adpellatione cognoscito, olli si minus rationabiliter adpellatum constabit, adpellantem ad inferiorem amandato, remittito, qui & aduersario expensas sarcire damnas esto. Planè maiores causæ ad sedem apo. referuntor.

Cæterùm si quis interpositam adpellationem 8. Ex re: intra biennium prosequi non potest: iusticiæ tione, priædicum ne generator.

Adpellanti verò, ne adpellationi suæ proli- 4. Perso- xum terminum præfigat, iudex congruum ter- nus. minū adsignato, eumve adpellans ipsius sibi præfigito. intra quem ni eam prosequutus sit, eum iudex sententiæ suæ stare, parere compellito.

Denique etiam à delegato ipso adpellanti ad 33. Ad prosequundam adpellationē terminus congruus aures. præfigitor, intra quem si prosequutus non sit, mox delegati stare iudicio cogitor.

Sic & qui iudicio ecclesiæ stare iurassint, & 20. Ad postea adpellassint, quod iurarū seruare, vel in- hec. ij. tra 40. dies ab interposita adpellatione iter ad eam prosequundam arripere compelluntor.

Qui verò præstito pro more iuramento absolu- 21. Que- latus, antequam quid ei mandetur, receptōve stioni. mandato subterfugii causa adpellationem emis- ferit, adpellationi quæ iuramento derogare de- beat in aliquo ne desertor. actutū in pristinam sententiam reducitor, ea, donec mandatum si- scepsit, & susceptū pro viribus prosequutus sit, firmiter obseruator.

De adpellat.

28. *Perue-* Sic & canonicus super residentia interpellatus
nit. q. si adpellauerit: is, vt vel resideat, vel adpellatio-
nem prosequuturus intra terminum iter arri-
piat, monetur. interim non obstante adpellatio-
ne honestæ alicui personæ vices eius commit-
tuntor, olli de beneficiis istius vnde congruè su-
stentari possiet adsignator. Adpellans alterum
istorum implere si negleget: præbendo priuator.
hoc alii idoneæ personæ conceditor.

39. *Direc-* Licet autem postquam adpellans in termino
cte. prosequundæ adpellationi statuto adpellationē
suam prosequutus non est iudex authoritate sua
liberè vti queat: si tamen iterū adpellabit (quod
ei licet) ab eius iurisdictione eximitur. hoc, ma-
xumè cùm adpellans pro matrimonio certabit,
locum habeto.

40. *Ex* Sed nec iudex à quo terminum ad prosequū-
inſinuat̄io dam adpellationē & à prosequutione reuortun-
dū statuit. si faxit: quoad postremū ne valeto,
quoad prosequutionem valeto, vnde & eū neu-
tra partium præuortito.

44. *Sape* Adpellationem enim iudex si recepsit, vel
pars adprobassit: præfixus ad eam prosequūdam
terminus peremptorii vim habeto, itaque in ab-
sentem ac si peremptoriè citatus fuisset proce-
ditor, nec talis terminus ab altera partium præ-
uenitor.

57. *Obla-* In summa: terminum adpellationi prosequun-
te. dæ ab adpellante vel à iudice præfixum adPELLA-
TUS ne præuortito. si faxit, & hoc in literis tacues-
fit: literæ ne valēto. terminum autem iuris (mo-
dò ne nimium præcurrat) impunè præuortito.

Lib. II. Tit. XXVIII. 91

Itaque si literas ad iudices impetrassisit: adpellans, si volt adpellationem prosequier, corā eis (ni debitē recusabit) procedito. sed & si agere differet, adpellatus (maxumē si sibi ex mora periculū imminebit) prosequitor. vtroque differente superior si ex dilatione bono publico fraudē fieri animaduortet, occurrito, terminum prouidē moderator.

Nam & delegatus adpellationis iudex altera ^{58. Per} partium contumaciter non veniunte (modò lis ^{tus.}) coram priore iudice contestata siet, & de causæ meritis sibi liqueat) commissum negocium liberè definito.

Vnde appellanti, contumaciter absente ad- ^{70. Inter-} pellato, etiam lite nec super adpellationis arti- ^{posita.} culo, nec super negocio principali contestata, ^{θεμα. si.} grauamen probare licitum esto.

De Recusationibus.

Iudici, à quo adpellabitur, adpellantes, vt vel ^{27. Ad} prosequantur adpellationem, vel iuri pareant, ^{hec. ij.} compellere fas esto. quod si vtralibet partiū su- spectum iudicem habessit: eo insistēte iudicem, qui propositam inter eos quæstionem dirimat, elegunto.

Exempli causa: si delegatus impetrantis con- ^{36. Postre-} sanguineus, aut in ea causa aduocati officio fun- ^{mo,} ctus, alijsve suspectus erit: quamuis adpellatio remota siet, meritò recusator.

Alioquin regulariter in causis ecclesiasticis vbi ^{12. Super} adpellationis remedium tollitur, sicut adella- ^{eo. ij.} ^{θεμα. in} causis.

De Relat.& de cler.peregr.

tioni, ita & recusationi ne defertor.

47. Secundo.
Theta. si. Qui ergo iudicem suspectum habet, suspicio-
nis causam coram eo allegato, ea coram arbitris
intra competentem terminum probator. si fa-
ctum non erit: iudex autoritate sua vtitor, alias
causae cognitioni supersedeto.

61. Cum
speciali.
in prim. Hodie qui se suspectum habere iudicem alle-
gauerit, coram eodem causam iustæ suspicionis
adsignato, & cum aduersario, aut, si fors aduer-
sarium non habessit, cum iudice arbitros elegi-
to. si cum eo conuenire de arbitris elegundis nō
poterit: ipse vnum, ille alterū elegito. hi de su-
spicionis causa cognoscunto. consentire si ne-
quibunt: tertium adsciscuto. ex tribus ollis quod
duo creuerint, ratum, firmum esto. hi ad id ex
fide exequendum sese obligari intelleguto. cau-
sa coram eis haud probata, ditione sua iudex
vtitor probata, recusatus negocium de recusa-
toris adsensu committito, vel ad superiorem
amandato, transmittito.

De Relationibus.

68. Inti-
masti. Q VOTIENS relaturum se iudex pollic-
etur, actutum litigatoriibus consultatio-
nis exemplum apud acta edito.

De clericis peregrinantibus. Tit. 29.

1. Conque-
rente. Q VI ad apo. sedem iter arrepsint, licet res
suas ecclesiarumve suarum in prote-
ctione summi pont. non posuerint, sub cat-

men esse intelleguntor, ollis interim substracta
vel ablata restituuntur.

*De confirmatione utili vel
inutili. Tit. 30.*

LITERAE confirmationis sententiæ à qua 1. *Bone.*
adpellatum siet ab apo. sede impetratæ, si
adpellatus adpellantem maliciosè præuorterit,
ne valento. aliàs donec à iudice decisa siet ad-
pellatio in suspenso sunto.

Et si quis rei litigiosæ confirmationem ab apo. 1. *Si quis.*
sede impetrasset; iudex non ideo minùs de lite
cognoscito, sin eam pacificè possidebat: de lite
postea orta ne quid sine Romani pont. manda-
to decernito.

Nam de confirmationibus Romani pont. hoc 2. *De cō-*
tenetor. Contra illas (nisi nouum sedis apo. pro- *firmatio-*
cedet mandatum, aut easdem per falsi sugge- *nibus.*
stionem elicitas esse certum erit) aliquatenus ne
iudicator.

Huiusmodi confirmatio si super amicabili in- 3. *Vene-*
ter aliquos inita compositione ex certa Roma- *rabilis.*
ni pont. scientia facta erit, licet in ea confirma-
tionis verbum tenorem confirmati præcedat,
aut consueta clausula, SIC VT SINE PRA-
VITATE FACTA E S T, inserta siet, non ideo
minùs valeto.

Arbitrium verò contra formam iuris & com- 4. *Eua-*
promissi per arbitros latum, licet per ipsissimum *minato.*
Romanum pont. in forma communi confirma-
tum, ne teneto.

De Adpellat.

5. *Ad
nostram.
6. Porre-
cta.*

Sic & personalis confirmatio prioratus seu administrationis quā regularis à Romano pont. impetrassit, si se regularē tacuescit, eius ergō ne valeto. si enim expressit : rescriptum falsum iudicator. in impetrantem tanquam falsitatis auctorem animaduortitor.

9. *Sua.*

Sed nec per conlationem legati alicui factam quantumuis à Romano pont. confirmatam iura diœcesano debita minuūtor, læduntor. ea nō obstante olli reuerentia exhibetor, olli de iure suo integrè responderet.

4. *Cum
dilecta.*

Item & priuilegia nimia vetustate consumpta si erunt: Romani quidem pont. authoritate innouari valento, ex innouatione tamen nullum ius cōfirmationis adquiritor, antiquum, si quod erat, conseruator.

Libri secundi finis.

LIBER TERTIVS.

DE VITA ET HO-
NESTATE CLE-
RICORVM.

Tit. I.



LERICI, præsertim in sacris 13. *Vt cle-
ordinibus constituti, continen-*
ricorvm.

*ter & castè viuunto, ab omni li-
bidinis vitio præcauento, sic in
conspectu dei puro corde &
mundo corpore ministranto.*

Qui incontinentiæ vitio laborare depræhensi
erunt, prout magis minùsve peccassint, secun-
dùm canonicas sanctiones puniuntor. hæc di-
strictiùs & efficaciùs obseruantor. Si quis ex hac
causa suspensus diuina celebrasit: ecclesiasticis
beneficiis spoliator, perpetuò exauthorator.
Prælati si hos in suis iniquitatibus sustinebunt:
parivltioni subiacento. Qui clerici pro regio-
nis suæ more coniugalem copulam non abne-
gassint, si lapsi fuerint, grauiùs puniuntor.

Omnino autem clericus sine gradu existens, 6. Cleri
dum nec à parentibus monasterio traditus fiet,
ches. 56.
si tonsura dimissa vxorem accepit: hanc habe-
re permittitor. In vita sua ne dimittito. iterum
tondetor.

Monasteria autem monialium si quis clericus 8. Monas-
sine manifesta & rationabili causa frequentassit: steria.
per episcopum arcetor . ni desistet: ab officio

De vita & honest.cler.

ecclesiastico immunis redditor. Si laici erunt: excommunicationi subduntor, à cœtu fidelium alieni efficiuntor.

14. *A-*
crapula. A crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abstinento. Temetum sibi, & se temeto temperanto. Nemo ad bibendum invitator, néve ad potus æqualeis obligator. Si quis super his copabilem se exhibuerit: ni à superiore commonitus satisfaxit, ab officio beneficiove suspenditor.

15. *Clerici*
ij. Clerici officia commerciave secularia, maxime inhonesta, ne exercento. Mimis, ioculatoribus, & histriionibus ne intendunto. Tabernas, nisi necessitatis ergo in itinere constituti, profus euitanto. Alea & taxillo ne ludunto, néve huiusmodi ludis intersunto. Corollam seu tonsuram, quam dicunt, congruentem habento. In officiis ecclesiasticis, & aliis bonis studiis diligenter se exercento. Clausa desuper indumenta deferunto. hæc breuitate longitudine né nimia ne notátor. Pánis rubeis aut viridibus, manicis, calceſſive consuticiis, frænis, sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aliámve superfluitatem gerentibus ne vtútor. Cappas, quas vocant, manicatas ad diuinum officium intra ecclesiam, alibíve qui in sacerdotio & personatibus constituti sient, nisi quæ iusta causa timoris habitum transformari exiget, ne gerunto. Fibulas omnino ne ferúto. Corrigias item auri argentive ornatum habétes, & annulos(nisi queis ex officio dignitatis competet) ne ferunto. Pontifices omnes in publico & in ecclesia superindumentis

lineis vtuntor. Monachi tamen habitum monachalem ferunto. Palliis diffibulatis in publico ne vtuntor. ea post collum, anteve pectus hinc inde connexa sunt.

Item si quis ex clericis comam relaxassit: ana- 4. *Si quis.*
thema esto.

Immo neque comam nutriunto, neque bar- 5. *Clericus*
bam. *i.*

Si faxint: etiam inuiti à suis episcopis tonden- 7. *Clerici-*
tor. *cus.*

Qui clerici diuinis officiis prætermisisse fecu- 16. *Ex lite*
laribus negociationibus intendent, ni tertio ab *ris.*
episcopo suo cōmoniti resipiscēt, quandiu his
se implicabunt, statutis & consuetudinibus pa-
triæ quoad facultates suas in earumdem quæstu-
bus subiacento. in hoc ab episcopo ne defendū-
tor. factō enim ipso clericale priuilegiū abiecif-
se intelleguntor.

Clerici omnes ex ecclesiasticis redditibus sibi 10. *Cū ab*
deputatis honeste viuunto. si quas causas ex a- *emni.*
postolica delegatione suscep̄ sint: præter victua-
lium expensas, super decuma aliāve parte litis
cum litigantibus ne conueniunto. his vigorem
iudicariū gratis impertiuntor. nihil etiam ad-
sessorum nomine exigunto. venalcis sententiæ
ne sunt.

Qui clerici usurarii erunt, vel arma portantes, 2. *Clerici.*
excommunicantur. *i.*

Episcopi autem prouentibus & expensis ec- 9. *Quoniam*
clesiarum suarum diligenter inspectis certum in
eis mystarum seu clericorum numerum ponun-
to. horum bona in commune veniunt. hi in

De vita & honestat.clericorū.

vna domo vescutor, sub vno tecto dormiunto,
quiescunto.hæc episcopis statuere liceto. Isdē
si qui contradictores erunt: per suspensionem
oficii & beneficii , grauiorive pœna , si opus
erit, ad hanc obseruantiam eos compellere per-
missum esto . nulla adpellatio officito . Si quis
eorum qui simul viuent pro manus in socium
iniectione à communione alienus erit:hunc re-
conciliandi, & pœnitentiam imponendi, ni ta-
men atrocitas facti grauiorem pœnam deside-
rabit, potestatem episcopi habento.

ii. Deus quis. Inter eos quoque qui ad prædicandum paga-
nis euangelium missi erunt si qui monachi , &
regulareis canonici, aliive regularem vitam sub
alia districione profesi erunt , & dispar in his
obseruantia, & dissimilis habitus scandalum su-
scitare formidabitur: omnes pariter in vnum re-
gulare propositum , & honestum habitum ,
quantum ad hoc spectabit officium, confor-
mantor.

3. Vrbi quis. Quisquis presbyter plebem reget, clericū, qui
secum cantet, habeto . Idem clericus epistolam
& lectionem legit, scholas tenet, parochia-
nos, vt filios suos ad fidem discundam ad eccle-
siam mittant, admoneto . hos ipse castè eruditio.

*4. Cū de-
serem.* In ecclesiis theatraleis ludi ne siufo, néve lar-
uarum monstra in his introducutor. Diaconi,
presbyteri, & hypodiaconi infamiaſ ſuæ ludib-
ria ne exercento. Sic ecclesiæ honestas ne in-
quinator . hæc episcopis locorum curæ funto,
ludibriorum consuetudinem ſeu potius conru-
ptelam ab ecclesiis ſuis extirpanto.

Laici secus altare quando sacra mysteria cele- ^{1. Ut laici.}
brantur ne stāto, néve inter clericos sedēto. quæ
pars cancellis ab altari herciscetur, psallentibus
tantūm clericis pateto. Laicis tamen & fœminis
ad communicandum & orandum sancta san-
ctorum pro more patento.

*De cohabitatione clericorum & mu-
lierum. Tit. 2.*

Si quis sacerdotum id est presbyter, diaconus, ^{2. Si quis}
hypodiaconus de quacunque fœmina crimi ^{quam.}
ne fornicationis suspectus, post primam, secun-
dam, & tertiam admonitionem cum ea fabula-
tior, & aliquo modo cōuersarier inuenietur: ex-
communicationi subditor. fœmina canonice iu-
dicator.

Itaque episcopi iurisdictionis suæ clericos qui ^{4. Sicut.}
in hypodiaconatu & supra fornicarias habebūt,
vt eas à se remoueant vltériū minimè admissu-
ri, studiose monento. ni adquiescent: eosdem ab
ecclesiæ beneficiis usque ad satisfactionem con-
gruam suspendunto. suspensos, si eas detinebūt,
ab eisdem beneficiis perpetuò remouento.

Episcopi denique cum clericis mulierculas, ^{9. Anno-}
nis in quibus naturale scđus nihil sœui crimi-
nis suspicari permittet, habitare ne sinunto.

Mulierculas tamē de quibus suspicio esse pos- ^{1. Inhiben-}
siet nullus sacerdos nec si mater, amita, soróre ^{dum.}
erit quas canones concedunt, retinetō. tantūm
si quæ earum necessitatem habebit: presbyteri
in vico villáve longè à sua conuersatione do-

De cohabit.cleric.& mul.

mum habento. Ibi eis necessaria subministrant. Porrò nulla fœmina ad altare adcedito, presbytero ministrato, intra cancellōsve statio, sedeto.

6. *Sicut autē.* Quod si clerici in sacris inferioribūsve ordinibus cōstituti fornicarias detinensint : ni eas ad secundam tertiamve commonitionem de cætero contempturi dimissint, episcopi quorum iurisdictioni subiecti erunt ipsos ecclesiis ea-rūmve portionibus adpellatione postposita spoliante, ipsis officium nihilominus interdictum esto.

7. *Clericos.* Episcopi tamen clericos suos in sacris ordinibus constitutos, qui publicè concubinas tenebunt, ad eas abiurandas ne compellūto. sic per iurii occasionem ne danto . tantū per suspensionis & interdicti sententiam , vt eas mulieres ita à se remoueāt, quod nulla sinistra de his suspicio habeatur, cogunto . Si qui eorum ad ipsas redierint, aliásve accepsint: in eorum aliquos perpetuam excommunicationis sentētiā proferunto. Sic alios à similibus eorū exemplo terrento.

8. *Super eo.* Qui eorum fornicariam detinens propter hoc ab officio suo suspensus erit, et si literas à Ro. pontifice obtinuerit, hæ, ni facti seriem continebunt, olli ne prosunto.

7. *Vestra.* A clericis tamen & presbyteris quanquam fornicariis, quandiu tolerabuntur, nec operis euidentiam habebunt, licetè diuina mysteria audiutor, aliáque ecclesiastica sacramēta recipiuntor. verū ab eorum officiis abstinere ut ad pœni-

tentiae fructum trahantur, & cæteris peccandi
licentia auferatur, licet.

Clerici itaque in fornicationem prolapsi ob ^{10. Quæsa}
id in officiis ne vitantor. ni peccatum huiusmo^{m.}
di per sententiam, confessionemve in iure facta,
aut evidentiam rei que nulla tergiuersatione ce-
lari possiet, notorium erit. quantum ad se, non
quantum ad alios suspensi intelleguntur.

At si clericoru^m concubinarioru^m crimen publi^{3. Theneos}
cum ita erit, vt possit notoriu^m dicier: episcopo
nec testis, nec adcausator necessarii funto, hoc
nulla tergiuersatione celator. Sin publicum ex
fama tantum non etiam ex evidentia erit: ad co
demnationem eorum sola testimonia ne suffi
ciunto, non his sed testibus iudicator. tamen si
de clericis ipsis suspicio talis fiet, vt ex ea scan
dalum in populo generetur: et si contra eos adcu
sator. Non adparebit, his canonica purgatio in
dicator. Si præstare nolent, in eâve præstâda de
ficient: canonica animaduersione puniuntor.

De clericis coniugatis. Tit. 3.

Si qui clericorum infra hypodiaconatum vxo^{1. Si quis.}
res accepsint: beneficia ecclesiastica relin
quonto, vxores retinento. At qui in hypodiaco
natu aliisque superioribus ordinibus vxores ac
cepsint, eas dimittunto. De commissio pœniten
tiæ agunto, ad id per suspensionis & excom
municationis sententiam compelluntor.

Sanè sacerdotu^m huiusmodi coiunctioes q^{uod} vxores ^{4. Sanè. ii}
duxit cōtubernia, potius quā nuptię adpellâtor.

De clericis coniugatis

post longam tamen pœnitentiam, & vitâ laudabilem, si continebunt: episcopo eos officio suo restituere liceto. sic eius exequutionem recipiunto.

3. *Diner-*
sis. Hos itaque beneficiis ecclesiasticis quæ in dicæcibus suis erunt episcopi earum priuant. Si tamen ipsi talibus ea scienter contulerint: his ipsi per superiorem spoliantur.

3. *Quod à* Clerici quoque infra hypodiaconatus ordinem constituti si carnis vitio devicti abstinere non possint: cùm vxores accepsint, ecclesiasticis beneficiis priuantor. sanè si quid ecclesiis quibus intitulati sient de suis possessionibus aliisve bonis contulerint: cùm ab earundem ministerio & beneficio sequestrati erunt, ad ipsos recta via redito.

8. *Cum de-* In summa: qui publicè vxorati erunt, ad eccle-
corum. siasticas dignitates ne admittuntur. si quas ha-
bebunt: dimittuntur.

2. *Sanè i.* Itaque clericus cōiugatus ad ecclesiastica be-
neficia, sacrōsve ordines, aut administrationes ecclesiasticas, ni fortè perpetuam castitatem vo-
uebit, níve qui vnicam eāmque virginem vxo-
rem habessit, ne admittitor. Hæc inter latinos vera funto.

6. *Cuns-*
olim. Orientales enim in minoribus ordinibus recte contrahunto, in superioribus contracto iam ma-
trimonio vtuntur. qui ex vxore legitima ab his in sacerdotio suscepimus erit, ni regionis consue-
tudo repugnabit, aliudve canonicum obfistet, ad ecclesiarum regimen recte elegitor.

7. *Ioānes.* Licet autem (vt ad latinos redeamus) in acolu-
thum

thum ordinatus sit clericus, si vxorem legitimā duxerit, & inter eos inde scandalum generari poterit, inuitus tōsurā deferre, dum ne quod beneficium ecclesiasticum percipiat, cuius ratione clericalē tonsuram deferre teneatur, ne cogitor.

Fortiori ratione qui in minori ætate constitutus tonsuram tantū seu corollam clericalem ^{10. Ut cōfultationis adsumperit,} post miles factus habitum clericalem ferre ne cogitor.

Qui prima tonsura accepta publicè uxores ^{9. Ex pat-} duxint, quamuis tonsuram deferent clericalem, ^{10.} eāmve dimissam reassumant, iusticias, quas vocant, principi debitas, & seruitia seu obsequia consueta rectè exiguntur.

*De clericis non residentibus in ecclesia
vel præbendo. Tit. 4.*

OMNINO qui clerici ecclesiæ, præbendâve si-
obi concessa sine iusta & necessaria causa, ^{10. Inter} maxumè sine episcopi consensu deseruerint ni-
postquam congruo tempore exspectati fuerint
ad eas redibunt, iustōve impedimento detenti
erunt, his iustè priuantor.

Itaque episcopo clericos in ecclesiis iurisdi- ^{17. Cleri-}ctionis suæ beneficia quæ residentiam exigent ^{cos.}
indeptos, si ad alterius dicecsem absque illius li-
centia morandi causa transibunt, neque moniti
redibunt, nisi rationabilem excusationem ostendat, beneficiis spoliare liceto.

Si qui eorum se fraudulenter absentabunt, nec ^{11. Ex ius.} ad eos citatio peruenire possit: episcopus in ec-
clesiis eorum trinæ citationis edictum publica-
ri facito, si nec sic obedient, & vltra sex menses

De cler. non resid. in eccl. vel præ.

ecclesiis deseruerint: his spoliantor, vel eosdem episcopus per suspensionis & excommunicationis sententiam ad suam obedientiam venire compellito. Si nec eorum malicia emollietur: à spiritualium administratione remouentor. quibus prærerunt ecclesiis de personis idoneis prouidetor. degradationis tantum sententia in eos, ut misericordiæ locus relinquatur, facile ne profertor.

2. Ex ges-
fliis. Quid quod & Cardinalis qui parochiâ suam per annos quinque exempli gratia deseruerit, & in alienis demorabitur, canonicè deponitor.

8. Ex par-
te s. A Equè si decani sui præsentiam ecclesia diu habere nequieverit, nec scribto vocatus ad officium suum exercendum veniet: eiusdem ecclesiæ canonicis alium elegendi facultas esto.

9. Qualis-
ter. Episcopus quoque vel Archiepiscopus si temeritate propria ecclesiâ reliquerit, nec iam diu exspectat⁹ repedauerit per literas canonicorum suorum reuocatus: his elegendæ personæ idoneæ potestas esto.

1. Non li-
ceat. Sed nec episcopus de ciuitate sua ad aliā trāsi-
to. si faxit: quasi maiorem pro minori ciuitate ambierit, manifestè præsumpta causa esto.

7. De ce-
tero. Canonicis autē, donec in eius seruitio fuerint, nihil quod de communitatis beneficio debebitur, nisi viætualia erunt quæ absentibus exhiberi non consuerint, subtrahitor, aufertor.

15. Ad
audientiā. Duo enim omnino canonici, quandiu cū episco-
scopo pro eius & ipsius ecclesiæ seruitio com-
morabuntur, pro præsentibus habentor, fructus
præbendorum suorum integrè percipiūto. Et si

contraria ecclesiæ cōstitutio erit quæ nec hos
inter alios exceperit: nihil ollis officito.

Sic & qui summi pont. familiares erunt, &<sup>14. Cum
dilectus.</sup>
circa ipsum & in eius seruitio commorātes ob-
sequiales se vniuersis præbebunt, licet aduersus
absentes contraria constitutio in ecclesia, in qua
beneficium obtinebunt, facta erit, præbendi sui
fructus recipiunto.

Sed & qui de facienda residentia iuramentum ^{13. Ex parr.}
præstiterit, quandiu se non in fraudem absen-^{te. iij.}
tādo beneficii sui iura fideliter persequetur, ex
hoc residens habetor, periurium ne incurrito.

Si quæ tamen ecclesia seruitoribus, ut ita di- <sup>16. Cum
ad hoc.</sup>
cam, eius absentibus fere ministris destituta erit:
neque apostolicæ indulgētiæ, nec episcoporum
licentia clericis eius suffragantor, absentes cano-
nici, &c, quos vocant, assilii nihilominus ad re-
sidendum in ea reuocantur, ni veniēt: episcopus
de beneficiis eorū, dū absentes erunt, ipsi ecclē-
siæ congruē deseruiri facito, quod ex eorū bene-
ficiis supererit in ecclesiæ utilitatē conuortitor.

Sed & quibus licentia hæc concessa erit, in- ^{12. Tunc.}
dultūmque studiorum gratia ut in absentia sua
præbendorum suorum fructus recipient, hīque
ad villas castellavē, in queis nullum minusve
competens exercitium studiorum siet, se trans-
ferent, his huiusmodi indulgētia ne competitio.

Hæc ut seruentur, nemo alienum clericū abs- <sup>5. Frater
nitati.</sup>
que commendaticiis episcopi sui literis, aut nisi
pro eo ab apo. fede mandatum habebit, recipito.

Item nemo diuersas dignitates ecclesiasticas,
plurēisve parochiales ecclesias accipito, plu- <sup>3. Quia
nonnulli.</sup>

Depræbend. & dignit.

triūmve stipendia sibi vendicato. Cùm ecclesiā ministeriūmve ecclesiasticum committi debebit, talis persona, quæ residere in loco, eiūsque curam per seipsum exercere valeat, quæritor. Si secus factum erit: qui id recepsit id amittito, qui duit largiendi potestate priuator.

4. Relatiō Sed & qui ad ecclesiās præsentabuntur huiusmodi sunt, alioqui ne admittuntor. Si hoc se posse adfirmassint, & post admissi contradicēti: ni de prælatorum suorum licentia studiorum literarum ergo, aut pro aliis honestis causis eos abesse continget, amouentor. ad pellationis obstatum, si contra decretum huiusmodi eiūsve intentionē interiecta erit, nihil his patrocinator.

6. Cōque-
rense. Sed & qui sufficientia ecclesiastica beneficia habebunt, quīve ecclesiæ non deseruent, alios in eisdem tie molestanto, inquietanto.

De Præbendis & dignitatibus. Tit. 5.

ET quia de qualitate beneficiariorum ecclesiæ mox sermo incidit, ac iam de eorum stipendiis, id est præbendis, dicturi sumus, idcirco ceteræ quoque eorum qualitates absoluuntur. in omni enim tractatu primū de personis agitor.

29. Graue Ecclesiarum ergo prælati viros idoneos ad ecclesiastica beneficia promouento. his morum honestas, & literarū scientia suffragantor. hi deo optumo maxumo & ecclesiis famulātor. de hoc quotannis in prouinciali concilio diligēter anquiritor. si quis post primam & secundam correctionem repertus erit colpabilis: à beneficiis

conferundis per concilium suspenditor. in eodem persona prouida & honesta, quæ suspensi defectum in beneficiis conferundis subpletat, instituitor. Circa capitula quæ in his deliquerint idem seruator. At metropolitani delictum superioris iudicio relinquitor. ex parte concilii nunciator. suspensionis huiusmodi sententia præter R.o.pontificis autoritatem propriive patriarchæ ne relaxator.

Item ii tantum qui in ecclesiis, ut dictum est,
seruire volent, & poterunt, ad beneficia idonei
reputantur. Pueri verò, & iam beneficiarii, qui
deseruire non possunt, ad ea idonei ne cēsentor.

Etsi verò is pro quo in aliqua ecclesia recipiendo summus pont. mandasset neque nobilis & liber ab utroque parente, nec eminentis scientiæ erit, licet ecclesiæ consuetudo de iis tantum recipiundis esse dicetur, non multum officito. virtutum potius quam generis nobilitas in iis spectator.

Vnde nullus de clero volgō ve iure consanguinitatis ecclesiastica bona sibi habenda quærito.

In quibusquidē bonis hoc seruator. quod pro communi utilitate datum est id propriis cuiusquam usibus ne applicator.

Clerici tamen de patrimonio Christi, cuius obsequio deputantur, viuunto ecclesiæ stipendiis, in qua & per quam diuinis obsequiis adscribuntur, sustentator. si qui denique sine certo titulo nullo præsentante promoti erunt: his tamdiu per ordinatores, eorumve successores, si

*35. Super
inordinata.
ta.*

*37. Venere-
rabilis.*

*3. Ratio
nulla.*

De præbend. & dignitâ.

his vocatis ordinati examinati reperientur idonei, donec per eos ecclesiastica beneficia consequantur, prouidetor, tamdiu vitæ necessaria ollis congruè subministrantur.

2. Non
licet.
Nulli enim episcoporum clericos ordinare,
& eis nullas alimonias præstare liceto. Aut clericos ne faciunto, aut, si faxint, eis vnde viuere possient danto.

4. Episco-
pus.
Episcopus itaque si quem sine certo titulo,
de quo necessaria vitæ percipiat, in diaconum,
presbyterumve ordinassit: donec ei in aliqua
ecclesia militiæ clericalis conuenientia stipendia
adsignassit, tamdiu (ni tamen is de paterna sua
hæreditate subsidium vitæ habere potessit) ne-
cessaria subministrato.

23. Tuis.
Clericos autem in minoribus ordinibus con-
stitutos, si de patrimonialibus bonis, vnde con-
gruè sustentari possint, habebunt, nec aliud ca-
nonicum obsistet, et si necdum ecclesiasticum
beneficium indepi erunt, ad superiores ordines
promouere liceto.

30. Extir-
panda.
In primis.
Alioquin quisquis altario seruiet de altario
viuito. Et si quarum ecclesiarum patroni erunt,
hique, seu episcopi, aut alii de portionis modo
contrariam consuetudinem allegabunt: pres-
byteris earum seruitiis deputatis portionem suf-
ficientem adsignanto.

31. Mu.
qui verò.
Sic & qui parochiale ecclesiam habebit,
ille quidem per seipsum in ordine, quem ipsius
ecclesiæ cura requiret, deseruit. Si verò digni-
tati præbendōve parochialis ecclesia adnexa erit:
is in maiori ecclesia deseruit, idoneum vica-

rium, & perpetuum in parochia habeto. ille canonicè institutor. competentem de ipsius ecclesiæ fructibus portionem habeto.

Sic & monachi cum ad parochiales ecclesiæ vicarios episcopis præsentabunt, tantum iis de prouentibus ecclesiæ coram ipsis adsignanto, vnde iura episcopalia persoluere, & congruam sustentationem habere possint. alioquin ad presentationem eorum nullus recipitor.

Sic & canonici regulares monachivे in ecclesiis suis, de quibus certas portiones percipere consuerunt, portiones antiquosve redditus, quos earundem ecclesiarum clerici olim habere consuerunt, sine consensu episcopi sui ne minuunto, néve parochias diuidunto. si faxint: ad integratatem pristinam reuocanto.

Itidē regulares ecclesiæ decumāsve sine epis-
coporum consensu de manu laici ne accipiunt-
to. excommunicatos interdictosve nominatim
ad diuina nullatenus admittunto. In ecclesiis
quæ ad ipsos pleno iure non pertinebunt pres-
byteros, quos tamen honesta conuersatio notos
reddet, probabilēve prælatorum testimonium
commendabit, instituundos episcopis repræsen-
tanto. hi episcopis de plebis cura respondentio,
regularibus rationē pro rebus temporalibus cō-
petentem exhibento. hi institutos inconsultis
episcopis ne remouento.

Sic & qui in canonicum receptus erit præ-
bendi beneficio ne defraudator. huic præben-
dum, cum se facultas obtulerit, adsignator. eidē
quotidianę portiones quę in ecclesia fiēt sine de-

*12. De
monachis*

*10. Aua
ricie.*

*11. In Le-
teranensi.*

De præbend. & dignit.

minutione adsignantor.

32. *Licet.* (Sanè si studiorum ratione prouentus suos ecclesiasticos integrè ministrari mandassit Ro. pontifex: quotidianè distributiones ne tribuuntur. hæ tantùm residētibus in ecclesia, & his qui canonicis horis intererunt exhibentor.)

17. *Inter cetera.* Sic & qui præbendum quod de iure non potuerit clero adsignassit, illud quod post de iure primùm poterit adsignato.

9. *Relatū.* Qui enim episcopus in ecclesia sua clericum canonice instituerit cum promissione de primo præbendo vacaturo eidem conferundo, huic, si in choro, capitulo, ac aliis quorum usus communis sicut potestatem sicut canonicus habessit, præbendum quod primò vacabit liberaliter adsignato. hic in canonicum receptus præbendo ne caret.

30. *In si.* Cæterùm nullus episcopus, aliūsve conlator in fraudem eorum quæ dicta sunt de prouentibus ecclesiæ quæ curā habere debet proprii sacerdotis pensionem alii quasi pro beneficio conferre præsumito.

21. *Nisi effent.* Duobus enim ad vnam dignitatem adsumptis unus tantùm eam habeto. Si tamen iudices causæ dati partium compromissum in se receperint autoritatem sibi commissam retinentes, & circa alterum de pensione quid ordinassint, idque eiusdem ecclesiæ clerici recepsint: quod ex eiusdem ecclesiæ prouentibus per iudices alteri adsignatum erit, si pro bono pacis & utilitatis hoc factum erit, & Ro. pontifex viderit, ratum esto. Si quid autem ex ipsius dignitatis fructub.

percipere ordinatus erit : ad eius præstationem non dignitas , sed persona , cum qua id actum gestū siet , onerata maneto . Ea defuncta successor eius id præstare ne dānas esto , néve tenetor .

In summa: duo clerici vnum præbendū ne te-^{20. Tua.}
nento , néve ad id eleguntur . Si factum erit: ele-
ctio de iuris rigore cassator , circunducitor .

Maioribus etenim ecclesiæ beneficiis in sua ^{8. Maior-}
integritate manentibus minorū clericorum præ-^{ribus.}
benda ne secantur . tam in magnis quam in mi-
nimis membris suis ecclesia firmam unitatem
habeo . nulla præbendorum dignitatū mye di-
uisio , vt nec permutatio , esto .

Quod si sedis apo . legatus , de cuius ecclesiæ ^{25. Dile-}
capituli consensu , canonicatu & præbendo dū-^{cto.}
taxat uno vacante , duos in canonicos institue-
rit , & ambobus capitulum stallum in choro &
locum in capitulo (quod dicūt) superior autem
præbendi fructus communiter diuidundos ad-
signassit : si in ecclesia certus siet præbendorum
numerus , institutio nulla esto . hunc certum nu-
merum , si iuramento firmatus , & ab apo . sede
confirmatus siet cum clausula quod contra fiat
inritante , apostolicæ sedis legatus augmentare ,
aut ius aliquod canonicatus de nouo creare ne
intendito .

Si verò vacante in ecclesia sua præbendo uno ^{26. Vacans.}
episcopus cum capituli sui adsensu duo ex eo ^{re.}
constituerit , & ad ea duos canonicos adsumpse-
rit : ni rationabilis causa id faciundi fuerit , & tot
vtriusque prouentus sient , vt per vtrunque duo-
bus in beneficio cōpetenti prouisum siet , vtriq;

De præbend.& dignit.

in canonicum recipiunto. eidem donec in præbendi beneficio prouisum siet de redditibus ecclæ singulis annis prouentus adsignanto.

22. Pro il-
lorum.

Sed & qui aliquem in canonicum & fratrem ecclesiæ suę recipere à Ro. pontifice eiūsve delegato iussi erunt, et si de certo canonorum numero indulgentiam habebunt, si tamen eam nō seruassint, sed aliquem ultra eum numerum in canonicum propria authoritate ante recepsint, quam legem obseruare neglexint, R.o. pontifici ne imponunto. eum pro quo mandatum siet in canonicum recipiunto. ea quæ ad canonicatum pertinebunt cum stallo chori (quod vocant) & loco capituli olli adsignanto. Ni facient: tandem excommunicationis vinculo adstringuntor.

34. Dile-
ctus. iii.

Denique si quibus hoc mandatum erit direc-
tū:ne, quod ex laici etiā regis donatione præbendorum ecclesiæ conlatio ad eos pertineat, et si eius in literis mentio non siet, obponunto, mandatum nihilominus exequuntor.

38. Cum
olim.

Sanè si cui in ecclesia prouideri mandatū erit: hoc ad rectoriam, dignitatēmve ecclesiæ ne trahitor, tantūm ad simplex beneficium pertinet, quod contrā factum siet ne teneto.

11. Signifi-
catum.

De præbendo ita alicui prouideri valeto, vt sacrum quotidie celebret, nec ecclesiam in qua institutus siet sine consensu prælati eiusdem dimittat, aut ipsius anniueriarium cuiquam deleget. hōcque ita accipitor, vt, quanto frequentius salua honestate sua, & debita deuotione poterit, sacra solempnia celebret. hoc ipsi ecclesiæ voluptatis causa, ad aliāmve ecclesiam se trans-

ferendo, ne subtrahito. per procuratorem deser-
uire ne valeto.

In adquirenda possessione sècùs esto. Clericus 24. *Ac-*
enim absens per alium, vel alias magis pro ipso *cedens.*
de beneficio ecclesiastico rectè inuestitor.

*De clero agrotante velle-
bilitato. Tit. 6.*

Clericum ad percipiunda ea quæ ab ecclesia i. *Cùpera-*
consueta sunt eius ægritudo ne impedito. *cussio.*
secundùm eius ordinem quæcumque ei, si sanus
esset, ministrarentur, de eo quod ecclesiæ acce-
dere possit, ægrotanti ministrantor.

Rectoribus tamen ecclesiarum, qui lepræ ma- 3. *De re-*
cula infecti nec altari seruire, nec sine magno *Rectoribus,*
scandalo eorum qui sani sunt ecclesiæ ingredi
poterunt, coadiutor dator. Is curam animarum
habeto. De facultatibus ecclesiæ ad sustentatio-
nem suam congruam portionem recipito.

Leprosus enim ab administrationis officio re- 4. *Tua*
mouetor. Olli iuxta facultates ecclesiæ necessa- *nos.*
ria quamdiu vixerit ministrantor.

Episcopo quoque, si sottico & incurabili 5. *Ex par-*
morbo per longum tempus labotassit, nec pa- *te.*
storale officium vllatenus exercere poterit, ciui-
bus maxumè potentibus coadiutorem virum
proudum & honestum, ex R.o. tamen pontifi-
cis mandato, archiepiscopus ad sociato. per hūc
tam episcopo quām populo utiliter consulitor.
Ipsum verò episcopum ad cessionem ne com-
pellito.

De institutionibus.

pellito.

6. *consul-*
tationibus Sic & archidiacono, aut alii, si forte morbo pa-
ralyticо laborans officiū linguae amiserit, coad-
iutor dator, adhibetur.

2. *Presby-*
terium. Immo & presbyter cui duo digiti cū medie-
tate palmæ abscessi erunt sacrum ne facito. sanc
cæteris sacerdotalibus officiis fungitor.

De institutionibus. Tit. 7.

3. *Ex fre-*
quentibus Clerici ecclesiastica beneficia sine consensu
episcopi dicēsanī officialiumve eius qui
hoc de iure possunt ne recipiunto. Si qui taliter
occupata detinent, detinebunt: in eos excom-
municationis sententia recte profertor. ab ea, ni
satisfacient, ne absoluuntor.

6. *Cum re-*
nissent. Ecclesiarum enim vacantiū custodia & perso-
narum institutio ad episcopum in sua dicēce-
spectato. Si cui tamen hæc dignitati de conser-
tu capituli sui duit: qui eam dignitatem habebit
is eo iure vtitor. Quod si personæ hæc episco-
pus concesserit: ea defuncta episcopus licetē tan-
quam sua retineto. sed & si persona hæc abiur-
assit, idem esto. Dignitati verò concessionē fa-
cta, abiuratione personæ nihil iuris vtilitatissimae
episcopo accedito.

7. *Cum ad*
uestram. Is qui ecclesiæ præerit dignitates quarum ad
ipsum donatio pertinebit à seipso aliōve recipi-
re nequito.

8. *Ad de-*
cerem: Item nec sanctuarium dei iure hæreditario pos-
sideretur. Episcopi in ecclesiis suis certæ tantum
nationis clericos ne conlocanto. viros literatos

& alias idoneos, undeunque originem duxint,
in illis, & maxime in maiori instituunto.

Nullus verò in cuiusquam cleri ecclesiis vltra 4. *Au-*
quām facultates earum sustinebunt clericis inui- *thoritate.*
tis instituitor.

Itaque nec in monasterio monachorum, cle- 1. *Nō am-*
ricorum, puellarūmve amplius quam quot se *plns.*
tolerare de bonis ecclesiæ absque penuria pos-
sident instituuntor, suscipiuntor.

Postremò, qua in ecclesia certus canonicorū 2. *In ecclē*
numeris institutus erit, si qui in eo laici erunt, *sia.*
in canonicorum numero ne computantur. hic
de personis idoneis subpletor. taleis, per quos
deo in diuinis officiis per ecclesiasticos ordines
congruè seruiatur, quæruntor.

*De concepcione præbendi & ecclesiæ non
vacantis. Tit. 8.*

NVlla ecclesiastica ministeria, seu beneficia, 2. *Nella.*
nullæ ecclesiæ alicui antequam vacent con- *in pris.*
feruntur, promittuntur. Futuræ successionis ex-
spectatio in ecclesia dei ne esto.

Quinimo nec episcopus primum in ecclesia 3. *Consti-*
sua præbendum cùm vacabit conferendi pot- *tutus.*
statem cuiquam dato.

Sed nec in quibus ecclesiis obtinet quis ius p- 16. *Cum dā*
tronatus de eis non vacantibus promissiones fa- *lecta.*
cito, donationēsve earum in alienis manibus po-
nito, quod secūs factum erit inritum esto.

Et si quæ charta super promissione huiusmo- 17. *Ex 16. nore.*
di confecta erit: nulla inde petitio esto.

De concess. præb. & eccl. non vac.

3. Relatū. Immo & si qui promissiones huiusmodi prætendentes adpellabunt: nihilominus ecclesiæ, cùm vacabunt, de personis idoneis ordinantor.

3. Qui in viuorum. Quod si qui nedum promissiones huiusmodi exegerint, sed & se passi sint in viuorum sacerdotum loco positos successores ipsis adhiberier: hoc ipso ab ecclesiastica communione pelluntur.

14. Accedens. Quæ omnia licet vera sint, episcopus tamen si beneficii conlationem, cùm poterit, promiserit: quibus casibus se facultas offeret, dum ne conlatio in expectatione vacaturi beneficii differatur, hoc implere cogitor.

4. Propositum. Denique nec apostolici mandati exequitori mandatorium de quo in aliqua ecclesia recipiūdo scribetur (licet ii quibus mandatum dirigeatur contumaces erunt) de primo vacaturo præbendo inuestire liceto. Et tamen si factum erit, & primum postea vacans alii adsignassint: priori cassata concessione illud sic vacans mandatario rectè conceditor. Romano verò archiflaminī secundūm plenitudinem potestatis de iure supra ius dispensare liceto.

5. Cum fuerit. Sed & qui in canonicum alicuius ecclesiæ receptus erit omnino præbendo ne careto . qui recepsint, quām citò facultas se obtulerit, præbēdāve beneficium eidem in ecclesia ipsa conferunto , & quòd contra ius faxint ne allegantio.

2. S. I. f. μα. Quæ autem præbenda ecclesiastica, seu officia cum verò in aliqua ecclesia vacabunt , diu in suspenso ne manento. Intra sex menses personis quæ dignè admini-

ad ministrare valeant conferuntor. quod si episcopus, ubi ad eum spectabit, conferre distulerit: hoc per capitulum ordinator. si ad capitulum pertinebit, nec intra præscriptum terminum hoc faxit: episcopus cum religiosorum virorum consilio secundum deum hoc exequitor. si omnes neglegent: de his metropolitanus secundum deum absque illorum contradictione disponito.

Quod si ad alicuius ecclesiæ prælatum simul & capitulum præbendorum donatio pertinebit, & omnes intra statutum tempus neglegentes fuerint: nec ab illo ad capitulum, nec ab hoc ad prælatum potestas conferundi deuolutor. ad superiorum donatio transito. Si vero non ut prælatus, sed ut canonicus in capitulo ius habebit conferundi: secus esto. si tamen dolosè impedit: & hic dolus olli ne suffragator.

Sanè hoc decretum ad archiepiscopatus episcopatus ne extenditor. tantum ad alios personatus & minora ecclesiastica beneficia pertinet.

Sed nec in quibus ecclesiis distincta præbenda non erunt, certusne canonicorum numerus, in his hæc deuolutio conlationum esto.

Qui autem præbenda, dignitatésve ecclesiasticas, præter authoritatem eius, ad cuius donationem spectabunt, acceperint, ad eas resignandas monitione premissa per excommunicatio-s. Quia di nis sententiam, & substrationem aliorum beneficiorum compelluntur. Et si confirmationē à sede apo. sub forma communi habebunt: ea

15. Postu-
laſtis.

12. Dile-
ctus.

10. Ex
parte.

De concess. præb. & eccl. non vac.

confirmatio beneficia, & præbenda tantum si-
c ut iustè, & pacificè possidebuntur confirma-
to. Nisi qui hæc speciali sedis apo. mādato, pro-
pterve neglegentiam prælati ab capitulo indepti
erunt, hæc ita sunt. In neglegentię autem tem-
pore, si fors interim prælatus etiam culpa sua sus-
pensus fuerit, si eius ergo ad sedem apo. accesser-
it, si apud illam māserit, ab illa repedauerit, hæc
tempora ne computantur. Idem semestre tem-
pus non à tempore vacationis præbendorum,
sed à noticia prælati numeratur.

6. Cum no-
stris. Quod si quis deuolutā definiti temporis lapsu
ad apo. sedem beneficij donationem dixerit, &
vt sibi conferatur mandarier obtinuerit, si id tā-
tum de iure vacassit alio id possidente, quod fa-
cti plus quam juris habet: literarum per falsi sug-
gestionem & veri subpressionem impetratarum
fructu careto. beneficium istuc olli ne adsignator.

9. Literas Si verò deuolutam cuius ecclesiastici benefi-
cii ad sedem apo. donationem dixerit, & de eo
vacante inuestiri se mandari obtinuerit, de facto
tamen id non vacabit, sed de iure duntaxat, eius
possessore aliud in eadem ecclesia pacificè ade-
pto: qui mandati apo. exequutor erit, existētem
in eiusdem possessione, quæ colorata non est, vt
illud sine difficultate resignet, compellito. sic
cum de facto vacabit mandatario conferto.

7. Post ele-
ctionem. Cum autem cuiquam ecclesiasticum benefi-
cium primitus per eum qui potessit concessum
erit, quandiu institutio facta reprobata non erit,
beneficium non vacans in alium ne transfertur.
si quis in id prouehi consenserit: amouetur, tan-

Lib. III. Tit. IX. & X. 106

tum si quis aduersus eum cui concessio pri-
mum facta erit quid obiicere poterit, ordine iu-
diciario experitor.

Ne sede vacante aliquid innouetur. Tit. 9.

Episcopali sede vacante de eius statu, & iure ^{1. Nouit.} ne quid innouator, ne quid ipsi concessum mutator, cum de praesule ecclesia ordinata erit, tum demum qui quid aduersus eam petent ius suum prosequuntur.

Itaque quae depositiones testium vacante ec- ^{2. Constitutio} clesia, & legitimo personarum numero carente ^{tit.} receptorum in ecclesiæ causa habitæ erunt, reii- ciuntor.

Atque adeo capitulum vacante sede vice epis- ^{2. Illa.} copi in præbendorum conlatione ne fungitor.

*De his quæ fiunt à Prælato sine consen-
tū capituli. Tit. 10.*

Prælatus eiusque fratres vnum corpus fun- ^{4. Nouit.} to, qui caput siet omissis membris aliorum consilio in ecclesiæ suæ negotiis ne vitior. Ab- bates, abbatissas, alijsve ecclesiasticas personas sine fratum suorum consilio ne instituto, néve destituito. Quæ contrà factæ erunt institutiones & destitutiones infirmæ sunt.

In concessionibus, confirmationibus, & aliis ^{5. Quæc.} ecclesiæ suæ negotiis fratres suos requirito, cum eorum cōsilio seniorisve partis eadem peragito, pertractato, quæ sciscenda, statuenda erūt, scisci- to, statuuto, errata conrigito, euellēda dissipato, euellito, absētiū fratrū nomina inscribi ne finito.

De his quæ fiunt à præ.sine cōf. cap.

si fiet: talia monumenta intrita falsa sunt.

6. Ea no-
scitur. Item in quibus ecclesiis conlegia ius præsen-
tandi habebunt, quæ ad eas fiet à prælatis præ-
sentationes de conlegiorum eorum adsensu fi-
unto. sine hoc infirmæ sunt. ni conuentus, ma-
ioris & senioris partiis consensum adfuisse cō-
stabit, nîve qui eorum ex antiqua & adprobata
consuetudine, seu concessâ libertate concessi si-
bi conlegii consensum non requiri probassint,
ecclesiarum & beneficiorum huiusmodi conla-
tiones, & institutiones euacuantur.

10. Et si
membra. In his itaque omnibus episcopus capitulo suo
deferto. Quinimo quæ in prouinciis sunt cathe-
dralium ecclesiarum capitula ad prouincialia
concilia inuitantur. eorum nuncii, maxumè su-
per iis quæ capitula ipsa contingent, ad tracta-
tum admittuntur.

9. Pasto-
ralis. Sed & , salua constitutione canonica de con-
cedenda piis locis quinquagēsimâ portione, epi-
scopo sine summi pont. authoritate, suîve fal-
tem capituli voluntate cuiusquam parochialis
ecclesiæ obuentiones viris religiosis conferre
sustentatione vicarii reseruata, seu ecclesiis no-
uam imponere, vel veterem augere pensionem,
aut religiosis consentiente patrono totâ ecclesiâ,
aliquámve de nouo portione cōferre ne liceto.

7. Cum a-
postolica. Laicus tamen si decumam detinebit, vt eam
ecclesiæ, ad quam spectabit, restituat, monetur.
Si autem induci nequibit, & eam etiam cum so-
lius dicecesani consensu alteri ecclesiæ adsignaf-
sit, præfertim religioso conuentui: ipsa donatio
perpetua firmitate subnixa constato. Sic in re-

uocādis à laicis ad ecclesiasticum usum quæ ipsi in feudum perpetuò concessa detinebuntur consensus episcopi tantum queritor. Sine consensu autem episcoporum nulla quamlibet religiosa persona ecclesias, decumāsve de manu laicorum recipito. At si quod ab ecclesia possidebitur alienandum erit: nemo episcopus de rebus ecclesiæ quicquā donato, commutato, vendito, ni quid eorum faciet ut meliora prospiciat. Tūc autem cum totius cleri cōsensu & tractatu quod ecclesiæ sine dubio profuturum siet elegito.

Alioquin episcoporum donatio, venditio, & ^{3. Tua.}
rei ecclesiasticae commutatio absque conniven-
tia & subscriptione clericorum facta si erit, in-
rita esto. Itaque nec episcopo electo etiam cū
archidiacono præter adsensum maioris eccle-
siæ à qua elegetur episcopus, & de qua adsume-
tur archidiaconus, cœnobii, ecclesiisve con-
uetualibus ad quas ius pertinebit patronatus va-
cantes ecclesias baptisnales perpetuò conferre
liceto. Concessiones ecclesiarum ad perpetuas
alienationes pertinere intelleguntur.

In summa: episcoporum donatio, venditio, vel ^{1. Irrita.}
commutatio rei ecclesiasticae absque conlau-
datione & subscriptione clericorum irrita esto.

Ergo multò fortius concessio, quam nedum ^{3. Cōnos.}
non subscribente sed & reclamante capitulo pre-
latus faxit, ni post eam ratam habessit, ne teneto.

Vnde decumæ concessio ab abbatissâ conuen ^{2. Contine}
tu sciente & non contradicente si cui facta erit,
firma esto. si eo ignorante contradicentē prius
facta siet: quæ deinde de consensu ipsius alteri,

De his quæ sī. à mai.par.cap.

ipsive cui priūs, sicut, priori præiudicato.

De his quæ fiunt à maiore parte ca-
pituli. Tit. II.

1. Cum in
cunctis.

IN cunctis ecclesiis quod pluribus & seniori-
bus fratribus visum fuerit, incunctanter ob-
seruator. Id, nisi à paucioribus & inferioribus
quid rationabiliter obiectum & ostensum erit,
adpellatione remota præualeto, suum effectum
consequitor. Nemo aduorsus id iuramentum de
conseruandis ecclesiæ consuetudinibus præten-
dito. Si quis huiusmodi consuetudines nec ra-
tionabileis, nec sacris institutis congruentes iu-
rasit: donec dignam pœnitentiam egerit, à per-
ceptione dominicæ synaxis extorris esto.

3. Ex ore.

Vnde capitulo ad dignitatem quenquam ele-
gente, si quis à maiori parte tam numero quam
dignitate eorum quos elegendi ius habere con-
stabit electus erit: communis ecclesiæ ordinatio,
nec si ab eo adpellatio interposita erit cui de di-
gnitate prouideri à R.o. pontifice mandatum
sicut, siue nondum ipse de ea inuestitus, siue
perperam inuestitus fuerit, aut rectè inuestitus
deinde verbo seu facto iuri suo renunciassit, ne
impeditor.

4. Ex par-
te.

Sic & quod episcopus tractatu communiter ha-
bito cum suo capitulo de restauratione fabricæ
ecclesiæ sive ac maior & senior pars capituli cre-
uerit, sciuenter, equaliter hoc omnes sequuntor.
plurimorum sententia obtinet.

2. Questio
nem.

Nemo cathedralis ecclesiæ canonicus ob pen-

sionem ecclesiæ debitam nec redditam, aut cle-
ri alicuius parochianivे delictum , ecclesiam
sine episcopi & aliorum canonicorum ad sensu
interdicto subponito. si à quoquam seu quibus-
dā canonicis factū erit: hoc episcopus ne obser-
uato, néve vt ab aliis obseruetur sustineto . Qui
id deliquerit ecclesiasticæ coercioni subiaceto.
Peccata suos authores tenento. Pœna vltterius
quām delictum in excedente repertum erit ne
protrahitor.

*Vt ecclesiastica beneficia sine deminu-
tione conferantur. Tit. 12.*

Nemo ex pactione conuentione quacun-
que sub quouis modo aut tenore nudum ^{1. Vt nō-}
officium beneficij ecclesiastici cuiquam con-
cedito , & sibi prouentus retinetō . Nemo be-
neficium ecclesiasticum conferendo partem
prouentuum suis vsubbus retinetō . Ecclesiastica
beneficia sine deminutione conferuntor . tan-
tum si prælatus ante donationem beneficij pro
iusta & necessaria causa prouentus ipfos ad tem-
pus retineri constituerit, nulla cum eo qui be-
neficium accepit, mediatorēve aliquo conuen-
tione facta, hoc ratum & licitum esto.

*De rebus ecclesiæ alienandis
vel non. Tit. 13.*

LAICISQUAUIS religiosis de rebo ecclesiæ dispo-
nendi nulla potestas esto. Que cōstitutiones
O iii

De rebus eccl. alienand. vel non

ab his, quæve venditiones feudorum, seu aliorū bonorum ecclesiasticorum, seu etiam mortuariorum, & aliorum iuri spirituali adnexorum siue legitimo personarum ecclesiæ adsensu occasione laicæ potestatis præsumptæ erunt, ne tenuento. præsumptores per censuram eccl. compelluntor.

2. *Qui res* Quod si qui res ecclesiæ ab eis, etiam regibus, petierint, & egentium substantiam substraxint, receperint: quæ obtinebunt irrita habentor. à cō munione ecclesiæ, cui facultates auferre cupierint, excluduntor.

7. *Ad au-*
res. At si quæ terræ de syluis extirpatæ arabilis factæ erunt: has illis à quibus suo parétumve suorum labore extirpatæ erunt, ni tunc aliis ad maiorem ecclesiæ utilitatem cum eodem labore & onore cōferri poterunt, hæreditario iure sub annuo censu tenendas concedere episcopo liceto.

8. *Vt si-*
per in-
prin. Qui verò prælati ex fidelitatis sacramento nihil de bonis ecclesiæ alienare tenebuntur, nec regalium, & decumationum possessiones, nec aliunde prouenientes, redditusve quos decessores ipsorum quandiu vixerint in manibus suis tenerint, & in proprium usum exceperint, expenderint, nec aliis infendassint (siue hæc de mensa intellegentur, siue non) consultius ne alienanto.

10. *Posses-*
siones. Omnino autem possessiones ad mensam suam siue capituli pertinentes episcopus ne alienato, vt nec ecclesiæ in quibus monachi ministrale consuerint clericis vel laicis adsignantur.

Sanè possessiones minùs ecclesiæ vtiles pro 8. *de ux.*
aliis utiliorib^o de fratum ipsius & sanioris par- *posseſſio-*
tis consilio & ad sensu alienandi, seu commutā- *nēs.*
di liberam facultatem habeto.

Alioquin episcopus, abbās ve terram vnius ec- 1. *Non li-*
clesiæ ad aliam, quamvis ambæ in eius potesta- *cet.*
te sient, ne conuortito. si terras earum commu-
tare volt: cum consensu ambarum partium istuc
facito.

Sed & episcopi qui nihil ex proprio ipſi ec- 4. *Epi-*
clesiæ contulerint liberos ex mancipiis ecclesiæ *scopi.*
ad condemnationem suam ne faciūto. si factum
erit: hos successor episcopus non obstante qua-
uis intercessione ad ius ecclesiæ reuocato.

Sacerdotibus autem qui quid ecclesiæ suæ re- 3. *Consen-*
liquerint, nihilve habentes prædia familiaſve ei. *sus.*
dem adquisierint, aliquos de familia eiusdem
ecclesiæ iuxta rei cōlatæ modum canonibus de-
finitum manumittere liceto. hi cum peculio, &
posterioritate sua sub patrocinio ecclesiæ manēto.
iniunctas sibi, quatenus poterunt, vtilitates pro-
sequuntor.

Cæterū nullis ecclesiæ canonicis prædia 9. *Ad*
eius aliis fratribus inconsultis in damnum eius *audientiæ*
in perpetuum locandi ius esto. locationes sic fa-
ctæ legitimè reuocatōr. qui harum locationum
autores erunt, suscep tam inde pecuniam, si ali-
ter nequibit, refundere coguntor.

In summa: nulli rem immobile ecclesiæ, siue 5. *Nihil.*
agrum, rusticumve mācupium alienare specia-
lisve hypothecæ titulo obligare liceto. Alien-
ationis verbo conditio, donatio, venditio, per-

De precariis.

mutatio, & emphyteuticus perpetuus cōtractus continentor. Omnes sacerdotes ab huiusmodi alienatione abstinento. Pœnas Leoninæ constitutionis timento.

6. *Si quis presbyterum,* Si quis itaque presbyterorum, diaconorum, seu defensorum alienati prædium ecclesiæ subscriberit, ni & alienator, & qui recepsit celeri restitutione sibi prospexerit, anathemate feritor. quod inde confectum erit documentum ab initio nullas vires habeto, viribus vacuator. qui busunque personis ecclesiasticis contradicere, & cū fructibus alienata reposcere liceto. cū facient, authoritate ecclesiastica fulciuntur.

11. *Ad nostram.* Si tamen ecclesia debitorum onere pressa res ei^o à prælato & capitulo necessitate coactis alienata erit sub onere dissoluēdi alicuius debiti, cōque impleto debiti summam breui tēpore emp̄tor ex eius prouento conlegerit, vt exinde ecclesia enorme dispendium incurrerit: pecunia, quam is pro exoneratione debiti vtilitatē ecclesiæ expenderit, olli redditor. Sic si etiam labore percepti fructus eidem satis erunt, res ecclesiæ libera & quieta restituitor.

De precariis. Tit. 14.

2. *Deprecariis.* NEDVM autem ecclesiasticarum rerum alienationes, sed & precariæ quæ inrationabiliter ab ecclesiarum rectoribus factæ erūt, etiam si ii qui res ecclesiæ sic distribuerint se suosque successores graui pœna obligassint, à successoribus eorum nihilominus ad ius ecclesiæ reuo-

Lib. III. Tit. XV.& XVI. 110

cantor. Nemo successor antecessoris sui pœna obligatus esto.

Precarium quandiu patietur qui concesserit ^{i. Preca-} tamdiu vtendum conceditor. Eius cui concessum siet, non etiam concedentis obitu, aut cum ipsum alicui hoc reuocare voléti alienatum erit soluitor. Per conuentionem huiusmodi res aliena inuito domino ne possidetur. At quæ precaria de possessionibus ecclesiarum factæ erūt pro voluntate concedentium ne reuocantur.

Hæ autem de quinquennio in quinquen- ^{i. Preca-} nium renouantur. ^{ria.}

De Commodo. Tit. 15.

CVM gratia sui tantum quis commodatum ^{i. Cum} accepit, etiam de leuissima colpa tenetor. ^{gratia.} Casus autem fortuitus, ni colpa eius acciderit, pactumve interuenerit, aut in mora fuerit, ipsi ne imputator. Contra eum nisi post vsum expletum cuius gratia res commodata siet commodati ne agitor. Sic homines hominum beneficio iuuantur, non decipiuntur.

De Deposito. Tit. 16.

SI cuius ecclesiæ clericus personæ non eccl- ^{i. Gravis.} się commendatam pecuniam cleperit, rapserit: aduersus eandem ecclesiam, ni in eius utilitatem conuorsa siet, ad pecuniam restituundam nulla actio esto, in ipsum furem agitor ipius sub questionibus ad rationem ponitor. si oportebit,

De empt. & vend.

vinculis adligatus reddere compellitor.

2. Bona fides. Depositarius si rebus suis saluis existentibus depositas amiserit : bona fides abesse præsumitor. Idē, si scipsum deposito obtulerit, aliquidve pro ipsa custodia recepsit, de colpa quoque tenetur. Si verò pactū, colpa, morāve præcessint: casus etiam fortuit⁹ olli imputator. Depositori pro voluntate sua depositum reuocare liceto. Contra hoc nullus cōpensationi locus esto. hęc in aliis, si causa ex qua postulabitur liquida erit, & facilem exitum habere crēdetur, admittitor.

De Emptione & Venditione. Tit. 17.

2. Ut mē- **N**VNC & de contractu emptionis & venditionis tractator. Quę vt bona fide exerceantur, omnes iusta pondera & mensuras habento. Si quis ea eāsve lucri ergō mutassit: 30 dies in pane & aqua pœniteto.

1. Placuit Item presbyteri plebes suas, vt & hospitaleis sient, & non carius vendant quām in mercato possient, admonento. Alioquin transeuntes ad presbyterum istuc referūto. Illius iussu cum humanitate res ollis venduntor.

4. Perue- **nit.** Quam rem vir vxori donationis titulo propter nubtias concederit, si cadem consentiente vendiderit: hic emptori iustus possessionis titulus esto. Si per annos triginta constante venditorum matrimonio bona fide sic possederit, & in cōmuneis vſus viri & vxoris venditionis pretium conuorsum erit, & venditionis tempore in viri facultatibus vnde mulier sibi consulat ex-

titerit: super hoc ne inquietator.

Sanè si vendor vltra dimidiā iusti pretii in venditione facienda deceptus, circumscribūtus sicut siet: emptor aut pretio recepto rememptam, aut quantum legitimè constabit venditionis tempore iusto pretio defuisse restituito.

Qui enim rē minūs dimidia iusti pretii comparsit, si quidem volt, iustum pretium subpletto, aut venditionē rescindito, interim verò hæc teneto. ipsi emptori possessio ne adimitor. Si quid aliud obstat: contra emptorem propinctor.

Emptor, si venditori post institutum contra se iudicium ut rem sibi venditam defendat nunciare obmiserit, vel tempore promulgatæ sententiæ contumaciter absuerit, seu si per iniuriā sententia lata erit, de euictione ne agito.

Cæterū (vt res absoluatur) creditor qui mutui datione debitorem habebit obligatū, simus. *Ad nos lata emptione nihil in fraudem canonis contra usurarios promulgati cōminiscitor. Et si quod emptionis instrumentum rerum debitoris, quas ab eodem hoc titulo recepsit, confectum erit, quo recepta post certum tempus & intra certū spatiū summagivit dimidiā iusti earum pretii contingente eas restituere promittet: ex eo reapse contractum usurarium esse ostenditor. Res huiusmodi debitori eiūsve hæreditibus per pœnam cōtra usurarios statutam restituere cogitor.*

1. Ex re-
scripto.

DE INDE de locatione conductione agi-
tor. Quæ vt item bona fide celebretur, Bo-
noniæ nemo magistrorum, scholariūm ve super
conducendis aliorum hospitiis in fraudem &
preiudicium hospitantium, ni priùs conductio-
nis tempus clapsum esse constabit, inquilinive
suum in hoc fauorem & consensum prestatunt,
hospitem conuenito. his qui faxint excommu-
nicationis poena esto.

3. Propter
sterilitatē
tempore
peruersi-

Sanè locatori domum inuito inquilino inha-
bitare, aut reficere, si necessitas quæ locationis
tempore nō imminebat id exposcet, remissa sibi
pro residuo temporis pensione liceto. Idem in-
quelinus, si peruersè ibi versatus erit, canonemve
per biennium non soluerit, ni satisfactione cele-
ri sibi prouidebit, rationabiliter inde amouetor.

4. Peruit

Emphyteuta, si tamen primitus ecclesiam re-
quisierit, eique quantum sibi ab aliis offeratur
nunciassit, illaq; se nolle emere dixerit, vel à de-
nunciationis tempore duūm mensium spatium
clapsum erit, meliorationes & ius sibi competēs
alii personæ legitimæ recte vendito. Idem, si se-
cūs præsumpserit, in solutione canonis per
biénium cessasset, ni celeri satisfactione post sibi
consuluerit, et si nec ei vt canonem solueret nū-
ciatum erit, iustè expellitor. sic dies statuta pro
domino interpellare intellegitor.

5. In prin.

Propter sterilitatem, si magno incommodo
conductores adficiet, & vitio rei sine colpa co-
loni, casuive fortuito contigerit, colonis ecclesiæ

pro rata pensionis, ni vbertate præcedentis subsequentisve anni sterilitas compensari poterit,
remissio conceditor.

Ecclesiarum prælatis decumarum suarum fru- 2. *Vestra.*
etus & prouentus liberè iis, cum queis ecclesiæ
suæ conditionem meliorem facere possint, loca-
re, & ad firmam dare liceto. Statuta dicæsanorum
contraria nō obsunto. Huiusmodi tamē lo-
catio ad feudum, alienationémne extenditor.

De Rerum Permutatione. Tit. 19.

QUAE commutations rerum ecclesiastica- 2. *Ut com-
mutatio-*
rum ab antecessore inconsultè factæ e-
runt, a successore aduentante emandantor. *nnes.*

Quod si princeps rem ecclesiæ immobilem 1. *Si prin-
sanctis locis præstare volt, & aliam immobilem ceptæ.*
ab eis accipere, & rationabilis causa hoc expo-
scet: hoc modo de communi voluntate, dum tamen res quā ille præstabit maior æqualisve siet,
pragmatica sanctione super hoc promulgata
permutationem contrahere liceto.

Sed nec mancupia ecclesiastica nisi ad liber- 3. *Manci-
tatem commutantor. Quæ mancupia pro eccle- pia.*
sastico homine dabuntur in ecclesiæ seruitute
permanento. Qui ecclesiasticus homo cōmuta-
bit ppetua libertate fruitor. Quod semel deo
consecratū siet ad humanos v̄sus ne transfertor.

Quæ enim mācupia fideles deo & sanctis eius 4. *In iusti-
pro remedio animæ suæ consecrauerint, quo-
cunque commercio iterum in seruitutem secu-
larium ne rediguntor, serui tantum fugitiui di-
strahuntor. ecclesiarum rectores ne vnius elec-*

De rerum permutatione

mosyna alterius peccatum fiat cauento . Ab eccl^{esiastica} dignitate discedens seruus humanae seruituti obnoxius ne esto.

9. Exhibita.

Multò sortiūs de spiritualibus ad temporalia permutatio ne esto . vnde si inter aliquos super decumationibus causa erit , et si compromisso facto arbitratum erit ut pecunia accepta nō pertantur : hoc , quodve ex eo , ob fidve sequutum siet ratum ne esto.

6. Ad
questio-
nes.

Quod si diabus conuentualibus ecclesiis parochiales ecclesiae erūt cum possessionibus magis alteri quā sibi vicinæ , eisque propterea permutare desiderabunt : hæc commutatio parochialium ecclesiarum per se rectè celebrator . Si que autem respectu meliorum prouertuum plus abundabit : etiam pecuniam de possessionibus ipsarum ad inuicem , prout visum erit , refundere liceto . sic refusa certæ pecuniae quantitate permutationis contractus initio . illi tamen contractus sibi inuicem ne miscentor .

7. Cum
sunt.

Qui vetò propria autoritate inuicem dignitates beneficiave ecclesiastica commutas-
fint , & sub conditione resignassint , his spoli-
lantor .

8. Que-
stum.

Neque enim dignitatum , neque præbendorum commutations præsertim cum pactione præmissa clerici faciunto . hæc circa spiritualia & spiritualibus adnexa semper simoniæ labem continere existumator . tantum episcopo , si causam necessariam inspexerit , de uno ad alium locum personas transferre pro locorum utilitate liceto .

Cum

Cum autem semel inter aliquos de permuta- ^{8. Cui utio-}
tione præbendorum suorum tractatus habitus ^{ut seruum.}
erit, si alterius præbendum alteri erit adsigna-
tum, alter autem suum resignare nolet: decepto
succurritor, simplicitati eius venia tribuitur.
quod præbendum habuerit, detentore inlicito
quolibet amoto, ei restitutor. Alioquin clericis
ecclesiastica beneficia propria authoritate per-
mutare ne conceditor.

De feudis. Tit. 20.

Episcopus si à vasallo fundum ecclesiæ suæ pi- <sup>1. Inservi-
gnori recepsit: fructibus in sorte minimè</sup>
computatis liberè detineto. Tantum quandiu
illos capiet, vasallus à seruitio in quo illi & eius
ecclesiæ ratione feudi tenebitur interim immu-
nis esto.

Idem licet iuramentum de non infeudando ^{2. Expar-}
de nouo R.o. Pontifice inconsulto preſtiterit, si ^{tit.}
tamen vasallus eius decedet, & ad ipsum feudu
eius redibit, illud si viderit expedire liberè cō-
cedito. Si feudum vasallus alienabit: filium con-
sanguineumve alienantis eiusdē feudi consortē
recte inuestito. Feudum alienatum si facilè recu-
perari nequibit: alicui laico per quem ecclesia
recipere possit, vt in feudum per ecclesiam re-
cognoscat, liberè concedito.

De Pignoribus. Tit. 21.

NVllus presbyter calicem, patenam, vestimen- ^{1. Nullus}
tumve sacerdotale, aut librum ecclesiasticu

X De pignoribus

tabernario, negotiatori, seu cuilibet laico, fœmi
næve, ni iustissima necessitas vrgebit, in pignus
dato.

3. Ex pre-
sentium. Quod si rector ecclesiæ res ecclesiasticas ma-
xumæ sacræ ministeriis deputatas , cuiusmodi
sunt calices, & breuiaria, pro sua necessitate pi-
gnori obligassit:is, quïve ex successione ius eius
obtinebit ea reconligito, ecclesiæ restituto.

2. Lator. Liber homo, et si res deerunt quæ pro debito
addici possent, pro eo ne detineto.

5. Ex lite-
ris. Nec mulier propter viri maleficium prehen-
ditor, néve ob id indotata remaneto . viri bona
pro dote tacite obligata habeto. Cum suo one-
re ad quemlibet possidentem transeunto . Qui
hæc tenebit etiam pro delicto mariti vendita, ea
tenus quatenus posidebit mulieri quam dotem
viro dedita probabitur restituere damnas esto.

7. Signifi-
cante. Pactum legis commissoriæ in pignoribus ad-
positum si erit, inutile esto. Etsi intra certū tem-
pus non reconlecto pignore debitor super eo
creditorem nō molestare iurassit: si tamē, quan-
tum in ipso fuerit, reconligendi studium adhi-
buerit, legitimè impeditus reconligere non
potuerit , creditor nihilominus neque pactum,
neque iuramentum prætendito, at sorte conten-
tus & rei pignoratæ fructibus in eam computa-
tis illam resignato.

6. Cū con-
tra. Nā & generaliter qui ex pignore fructus per-
cepti erunt in solutione fortis accedunço. hi aut
restituunto, aut in sortem computrantor. Quod
pignori datum erit, si ex eius prouentibus tan-
tū erit à creditore, alióve cui is idē pignus duit,

seu qui id tenuerit, à tempore obligationis perceptum, ut fructus sorti adæquetur, qui totū onus extenuent, ita ut debitum adnullatum siet: restitutor.

Instrumentum autem vēditionis si quōd eius ^{4. Illores} modi pactum habebit, vt si vsq: ad certum tempus emptori contractus displicuerit, venditor exinde vsq; ad aliud certum tempus certā summam ultra eam quæ recepta siet, perceptis fructibus in ea computatis, dare debeat, & emptor præsertim vſuras exercere cōsueuerit: hæc contra eum vehemens præsumptio esto.

Qui in alterius bonis omnibus vſumfructum ^{3. Cum cōstet.} habebti, ad cautionem idoneam, quōd vtetur fruetur salua rerum substantia rebus immobilibus quæ vſu non consumuntur ad arbitrium vii boni, quōdque pecuniam si quam habebit, & estimationem bonorum quæ vſu consumuntur in hæreditate inuentorum in morte sua proprietario qui erit ciūsve hæredibus restituet, exhibendam cogitor.

De fideiussionibus. Tit. 22.

CLericus fideiussionibus inserviens abiector. ^{1. Clericus} Nemo item religiosus absq; maioris partis capituli & abbatis sui licentia pro aliquo fideiubēto, nēve pecuniam mutuam ultra summā communi prouidentia constitutam accipit. ^{2. Quod quibus fidā.} Alioquin cōuentus pro his respondere, ni eam in utilitatem domus ipsius manifeste conuorsam esse constabit, ne cogitor, qui contra istuc faxit, etiam grauiori disciplinæ subditor.

Quod si clericus pro clero fideiussit, eōq; nō ^{2. Per se.} nō. ^{nō.}

De fideiussoribus

soluende creditori satisfacere coactus fuerit: quam pecuniam pro eo soluerit fideiussor, eam fideiussori debitor restituere damnas esto. fideiussorem suum indemnem seruato. alioquin de redditibus eius debitum exsolutor. Damna quæ propter hoc fideiussor pertulerit, ei sarcinor, eive redditus adsignantur, hos ipse tandem, donec damna sarcita fuerint, & debita sine deminutione soluta, sine molestia detineto. Clericus si fidei & iuramenti sui religionem violassit: ab officio, beneficio suspenditor.

5. Eum
pro quo.
Sed & fideiussori eum pro quo se obligassit, si diu in debiti solutione cessassit, bonâve sua dissipare cœpsit, seu super hoc condénatus fideiussor siet, ut se à fideiussione liberet conuenire fas esto.

3. Constitu-
tus.
Itaque qui clericus pro clero intercesserit si à creditore molestabitur: debitor acutum eum ab intercessione prorsus absoluere ecclesiastica censura compellitor. Si debitum accessione sive negabit: iuramentum calumniæ subire cogitor. & si consuetudo legi contraria erit: ne obstato. Si verò intercessori testes ex remota prouincia exhibendi erunt: satisdatio idonea à debitore, quod ad eos audiūdos veniet mittētve intra terminum competentem, accipitor, loci iudici in quo testes erunt, ut eos vice sua recipiat, iudex causæ literis suis significato. qui faciet, eos diligenter examinato. depositiones eorum inclusas transmittito. quanta fides testibus instrumentis-
ve adhibenda siet significato.

De solutionibus. Tit. 23.

Nemo ecclesiam sibi commissam pro alienis <sup>2. Si quo-
ruudam.</sup> debitibus grauato . literasve, seu sigilla quibus ecclesiæ obligari possint alicui concedito . Si secus adtentatum erit: ad solutionem talium debitorum ecclesiæ ne tenentor . Qui contrâ faxit ab administratione spiritualium & temporaliū suspensus esto.

Sanè prælatus prædecessoris sui debita pro necessitate ecclesiæ contracta soluito. ^{1. Ad hoc}

Clericus super debitibus conuentus si hæc reconosciat: et si propter rerum inopiam in totum partem soluere nequibit, ob idque excōmunicatus erit, si tamen idoneè cauebit quod ad pinguorem fortunam veniens ea persoluet, sententia ipsa relaxator.

Is qui indebitam pecuniam soluisse conqueritur, quod indebet soluta siet probato . At si aduersarius solutionem inficiens exinde conuictus erit: diffitenti, quod debitum recepsit, probandi onus incumbito.

De Donationibus. Tit. 24.

Si quis debere se quod donat existimat, & ^{1. Pruden-} tissimè in beneficiis suis creuerit nihil se præstare. ^{tes.}

In beneficiis autem hæc posita sunt. Itaque ^{6. Cum di-} licet in contractibus quidem plena, in testamento ^{lecti.} mentis autem plenior interpretatio adhibetur, certè in beneficiis plenissima adhibetur . vnde

De donationibus

pluribus rebus datis, si prima donatio libera & pura atque immunis adparebit, post omnes autem in fine instrumenti clausula grauioris conditionis adposita erit: hæc ad posteriorē donationē aliās etiam determinatam potius refert.

1. *Pertusas*. Sed & si quid ex terris ecclesiæ ab eius prælati ritè cuiquam in feudum donatum erit, certo modo designato qui postea mensura facta non reperietur: qui concessionem faxit, eiūsve successor donatario petente feudum ipsum ad eū qui ab initio adsignatus erit modum rectè integrato. Ecclesia in actibus suis fraudē ne adhibeto.

2. *Fraterbitatem,* Alioquin ecclesiarum prælati rerum ecclesiasticarum procuratores & non domini cū sient, conditionem ecclesiæ deteriorem ne faciunto. Episcopus si quas graueis donationes in rebus episcopatus sui in necem & fraudem ecclesiæ suæ canonicis suis in consultis faxit: donationes huiusmodi ne tenēto. qui successor eius erit ollias tam à clericis quam à laicis reuocare liceto.

3. *Ceterū.* Cæterū si abbas cum priore & quibusdā de conuentu, solusve donationem faxit, & post cōuentus pars reclamassit: datae rei quātitas, & loci consuetudo, dum ne sacrī canonibus obviat, diligenter iudicator adtenditor. secundūm hæc donum ratum initūmve iudicator.

4. *Apostolice.* Idcirco si quis episcoporum in parochia sua monasterium construere volt, ipsumque de rebus ecclesiæ cui præsidet dotare: amplius ibidem quinquagesima, ecclesiæ verò quā monasticis regulis informare, pro suisve propriis sepulturis magnificare voluerit, amplius centensima parte census ecclesiæ cui præsit ne clargitor. hæc

Tamen ita temperanda æqualitas esto. Cui tribuet competens subsidium conferto. Cui tollet grauia diamna ne infligit. Alteram tamen quā volet ex his duabus liberalitatis speciem elegit. unus etiam episcopus, aliūsve nec tantū, nec minus, simul, semel, pluries, aut successiuē, eisdem, diuersisve ecclesiis cum graui ecclesiæ suæ detrimento conferto. Si quod graue detrimentum de possessionibus seu prouentibus ad episcopalē mensam cathedralēmve ecclesiam pertinentibus in quantilibet portione adlatū erit, idq; ex facti ostensione parebit, neque præscriptione, aliavē exceptione legitima hæc actio excludetur: legitimè reuocator. Itaq; nec cētensisma, nec quinquagēsimā semel, vel successiuē cū graui ecclesiæ dāno cōfertor. Si verò adeo episcopus abundabit, vt sine damno ecclesiæ suæ amplius atiā his partibus necessitati alterius ecclesiæ subuenire possiet: summā canonicā per se ne excedito, de superioris tamē autoritate pontificis etiam in maiori summa inopię alterius recte prouidetur.

Ecclesiarum autē donationes seu concessiones siquidem priuatis viuentibus earum possessoribus facte erūt: nullius momēti sunt. Sin reli giosis locis ab episcopo eiūsve authoritate fiēt: ratæ habentor. personæ tamen quę eas possidebūt sine ipsorū adsensu in vita sua ne spoliātor.

Quod si sic episcopus consentiente patrono ^{4. Confusatōnibus.} *Pastoralis.* religiosis viris ecclesiā simpliciter concesserit: patronus quod suum est, id est ius patronatus, & episcopus quod temporale obtinebit in eadem

De peculio clericorum

ecclesia, veluti si quam fructuum portionem recipiat, conferre intelleguntur. haec portio in eorum usus conuortitor. si ex eiusdem prouentibus nullam portionem habere debuerit: omnes prouentus praeter cathedralicu[m] eoru[m] usibus cedunto. ut autem episcopi donatio legitima siet, capituli sui consensum requirito.

8. Inter dictos. Si quod autem hospitale ab eius magistro & fratribus donatum alteri & adsignatum pure & simpliciter erit: hoc ratum esto. & si de re litigiosa, si in fraudem, si periuros & excommunicatos se donationem fecisse allegabut: haec eoru[m] contra factum proprium defensio ne recipitor. Episcopo tamen aliisve nullum inde praeiudicium generator.

10. Proprietatis. Resoluendae donationis haec species esto. Donatori propter eius ingratitudinem in quem liberalitas conlata siet, si fors in ipsum manus impias iniecerit, aut olli atroces iniurias, seu graue rerum suarum damnum, vel vitæ periculum intulerit, eam reuocare liceto. Istuc tamen ad donatoris qui tacuerit haeredes ne porrigitur,

De peculio clericorum. Tit. 25.

3. Ut unusquisque. Vnde quisque presbyter quas res post consecrationis dies adquisierit propriæ ecclesiæ relinquit.

4. Inquirerendum. Inter viuos autem suo alieno nomine de facultatibus ecclesiasticis fraudem ne facito, neve de redditibus ecclesiæ, oblationibus, aut votis fidelium alieno nomine res comparato.

2. Presbyter. Presbyter enim cum dicesim tenebit, de his

quæ superemerit ad ipsius ecclesiæ nomine scributuram facito. alioquin ab eius ordinatione discedito.

Quicquid sit, si cum ad ecclesiasticum ordinem ^{1. Inneffi-} promotus erit nihil habessit: quæ prædia ^{gandum.} post emerit iuris ecclesiæ ad quam promotus erit funto.

Si quis sanè clericorum sibi agellos vineo- ^{5. Si quis.}
læve in terra ecclesiæ suæ faxit: sustentadæ vitæ
suæ causa usque ad diē obitus sui possideto. post
decessum ecclesiæ restituito. nulli hæredū pro-
hæredūmve, nisi forte cui episcop⁹ pro seruitiis
ac præstationibus ecclesiæ hæc largiri voluerit,
testamentario successoriōve iure relinquito.

De testamento et ultimis voluntatibus. Tit. 26.

QVAE quisque moriens etiam nudis verbis ^{4. Indi-}
dari, fieri, iusserrit, reliquerit, in his ^{cante.}
voluntas eius per omnia impletor.

Quod si hæredes testatoris iussa non imple- ^{6. Si ha-}
rint: ab episcopo loci res omnis quæ ollis relicta ^{redes.}
siet cum fructibus & cæteris emolumentis ca-
nonicè interdicitor. Sic defuncti vota adim-
plentor.

Itaque supremæ volūtatis testatoris elogia ab ^{3. Nos}
hærede si protrahentur: episcopus loci, ut quod ^{quidem.}
ille iussus est intra annum ordinet, & cuncta se-
cundūm defuncti voluntatem sine altercatione
compleat, hæredem admoneto. Si intra id tem-
pus cum episcopo cōplore neglexerit: per ipsum

De testam. & vlt.vol.

episcopum impletor. sic dilatae defūctorum pię
voluntates episcopali studio adimplentor.

5. *Filius.* Hæc vera sunt præterquam si testator ecclæ
sepulturæ suæ gratia rem alienam alteri^o ec-
clesiæ legasset. hæres enim ad eam soluendam,
quanquam leges seculi hoc præcipiant, ne cogi-
tor. has res ecclesia ne teneto.

19. *Ioan-*
nus. Nedum verò hæredes, sed & qui exequuo-
tores vltimæ voluntatis defuncti erunt post mā-
datum suscepimus eam implere per diœcesa-
num coguntor.

17. *Tua.* Omnibus enim piis defūctorum voluntati-
bus per episcopos locorum ut secundūm corum
voluntatem omnia procedat, licet ab eisdem id
interdictum erit, prouidetur. Ab eis exequuto-
res testamentorum, siue religiosi, clericive secu-
lareis, siue laici erunt, bona ipsa fideliter & ple-
nariè in huiusmodi usus expendere monitione
præmissa compelluntor.

13. *Cum*
tibi. Testatus autem nedum qui testamentum cō-
diderit, sed & qui extremam voluntatem suam
in alterius dispositionem commiserit, intelle-
gitor.

10. *Cum*
effes. Cæterūm quod ad condendi testamenti for-
mam pertinet hoc obseruator. Quæ testamenta
parochiani coram presbytero suo & tribus dua-
būsve aliis personis idoneis in extrema volunta-
te faxint, firma manēto. nemo hæc sub anathe-
matis interminatione rescindito. & sicuti con-
suetudo legibus humanis concordans quinque
septémve testium subscriptionem requiri: in-
ritato esto.

Atque cùm super relictis ecclesiæ causa ad iudicis examen deducetur, hæc secundùm decretorum statuta tractator. treis tantùm duóve legitimi testes requiruntur.

In quibusquidem ecclesiæ relictis hoc tene-^{20. De his.}
to. Quæ pro ornamentis, cereis, fabrica, lumina-
ribus, anniuersario, septimo, vigensimo, trigen-
simóve die, seu aliis ad perpetuum cultum diui-
num ecclesiis reliquissve piis locis legata erunt,
dum ne in fraudē episcopi parochialisve eccle-
siæ factum siet, canonica portio ne deducitor.

Alioquin si quæ monasteriis ecclesiisve reli-^{14. Offi-}
cta erunt, & propria portio episcopo relictæ siet,^{cq.}
cum conditione ut ea contentus maneat, isque
id acceptassit: de cæteris quidem portionem ne
exigito, & per hoc aliis renunciassè intellegitor.
Sin absolutè relictæ erit: portionem sibi debitam
nihilominus de cæteris vendicato. Si verò in
fraudem mortuarium modicum constitutum
constabit: portionem canonicam ex ceteris epi-
scopis rectè exigito. Romanorum pont. indul-
gentiæ quibusdam regularibus concessæ saluæ
fundo.

In summa: de iis quæ pro anima sua in ultima^{15. Regul.}
voluntate quisque rei suæ legassit secundùm di-^{sisti.}
uersas cōsuetudines episcopus tertiam quartam-
ve habeto. Si episcopo relictum erit ab extra-
neo testatore: intuitu ecclesiæ non personæ re-
lictum præsumitor. de illo, ni testator episcopi
tantum, non ecclesiæ esse velle expresserit, ca-
thedralis ecclesia rectè canonicam portionem
petito. Si ecclesiæ relictum erit: æque episcopo

De test.& vlt.volunt.

suæ portionis petitio esto. & si testator ecclesiæ tátum hoc esse voluerit: generali iuri huic nihil derogator . Si verò relictum quid erit episcopo à propinquo : ni contra probabitur , non ecclesiæ sed personæ intuitu relictum intellegitor. de hoc in episcopi vita ecclesia nihil petito. Quod si episcopo & ecclesiæ relictum erit ; hoc inter eos canonicè herciscitor. Si verò hoc episcopo, & istuc ecclesiæ relictum erit: siue æqualia, siue inæqualia relicta sicut, ni ambo testatoris dispositione contenti esse volent (dum neque fraus dolusque interueniat, nec quisquam nimium debita portione fraudetur) ad canonicam diuisionem inter episcopum & ecclesiam cathedralem res reducitor. At si quæ episcopo, & alia capellis, monasteriis, alijsve piis locis legata erunt: quod episcopo legatum sicut hoc eius præcipuum cum ecclesia cathedrali esto . de iis autem quæ aliis legata erunt portionem canonicam nihilo minus obtineto. Generaliter qui proprium habere potest , nec prælationem administratio nemve ecclesiæ habet, si quid ei specialiter à propinquo extraneo ve relinquatur, ni probatio in contrarium adparebit, hoc non ecclesiæ sed personæ intuitu relictum accipitor . de illo nec episcopus nec ecclesia in eius vita sibi quicquā vendicanto. Fraus tamen abesto. Si detecta erit: nulli patrocinator.

1.QMOTU-
dam. Porrò episcopus nisi quod ante episcopatus ordinem proprium habuerit testamento ne relinquito. quicquid alijs habuerit , à quaunque persona detinebitur, auocator. At quod ante ip-

suis episcopi consecrationem ecclesiæ fuerit,
quodve in episcopatus ordine adquisierit, in e-
iusdem ecclesiæ dominio conseruator.

Sed & quæ abbatissa regundi monasterii sui ^{2. Qnja}
suscepit officium, res eius elde& monasterio ex ^{ingredien-}
quo illuc ingressa & abbatissa constituta siet(lí-
cet usque in diem obitus sui monachalem habi-
tum episcopi forsitan colpa, qui sic eam esse per-
miserit, non induerit)competunto.

Item quæ bona clerici ecclesiarum beneficio ^{7. Cum in}
quesierint, siue intestati decessint, siue aliis hæc ^{officiis.}
conferre voluerint, eadem penes ecclesiam re-
manento.

Sanè clerici de mobilibus quæ per ecclesiam ^{8. Ad}
indepti erunt ne testantor, viuentes tamen & sui ^{hæc.}
compotes in egritudine constituti de iis aliqua
moderatæ eleemosynæ intuitu, nō ratione telta-
menti rectè eroganto.

Alias generaliter tam mobilia quam immo- ^{12. Rela-}
bilia bona clericis per ecclesiam quæsita eidem ^{tum. q.}
post adquirentis obitum remanento. Ecclesiæ
nomine non episcopus morientisve clerici suc-
cessor vbi collegium clericorum erit, sed com-
munis congregatio intellegitor. hæc rerum illa-
rū canonicam distributionem & curam habeto.
Vbi tamen in locum defuncti unus tantum ordinandus erit, is eadem sicut alia ipsius ecclesiæ
bona in dei timore dispœsato. De mobilibus au-
tem (vt prædictum est) pauperibus & religiosis
locis, illisque qui viuenti seruerint, siue consan-
guinei, siue alii erunt, aliqua iuxta seruitii meri-
tum conferre liceto. Cæterum quæ ex hæredi-

De Test. & vlt. vol.

tate, artificio, doctrináve prouenient pro dece-
dantis arbitrio distribuuntur. Eorum autem qui
in diuersis ecclesiis beneficia possebunt quæ
habuerint estimatione congrua inter ipsos her-
ciscuntor.

9. Quia
nos.

Clerici ergo de his quæ consideratione ecclie-
si percepti testamentum ne faciunto. de his
verò quæ paternæ successionis cognationisve
intuitu, aut de artificio adepti erunt, seu dono
consanguineorum amicorumve ad ipsos nō ha-
bito ad ecclesiam respectu peruererint, id est de
familia pecuniáve sua libere disponunto.

16. Rai-
natus.

In quaquidem paterna successione hoc serua-
tor. Pater inter liberos, quibus certas portiones
bonorum suorum reliquerit, si quem eorum, si
sine liberis decebat, alteri succedere constitue-
rit: cum conditio extiterit, superstite ex causa fi-
deicommissi substitutionisve petitio esto. Idem
tamen testator si matrem & vxorem reliquerit,
quibus ex loci cōsuetudine seu iure certa bono-
rum eius portio debeatur: sic restitutio ratio
initor. Quæ partes matri & vxori debebuntur,
sic, ut legitima portio iure naturæ definita filio
debita in utraque salua siet, deducuntur. quarta
per Trebellianum ex eius persona retinetur. Qui
tamen fructus de bonis ipsis à tempore litis cō-
testatae percepti erunt in ea computantur. Si ad
eam sufficient: eo nomine nulla alia deductio
esto. alioquin iuxta quantitatatem perceptorum
fructuum computationis ratio habetur. legitima
verò personæ grauatae sine onere esto. eius par-
tis quæ olli ab intestato debita siet de rebus iis

de quibus ex loci consuetudine fieri debebit legitima deducitor, retinetor. residuum fidei commissariæ personæ restituitor.

Filius itaque à patre hæreditatem cuiquam ^{18. Rai-}
restituere absque liberis moriens si iussus erit: in ^{naldus.}
paternis bonis tertiam partem iure naturæ de-
bitam habeto. hæc sine grauamine esto. Quartā
etiam Trebellianicam sicuti quilibet extraneus
deducito. has portiones testamento relinquendū
potestatē habeto. Si quid de bonis suis di-
sposuerit, si hæredes instituerit, si quæ legassit,
si quam pœnam adiecerit: hoc vñsq; ad eas, licet
easdem in legando non expresserit, ratum esto.
Pœna tamē si pluribus hæredibus imposita erit:
eos tantū qui contra defuncti voluntatem cō-
miserint teneto. Beneficio autem legis Falcidię
in legato preſtando, propter quod pœna im-
posita fiet, si intra legitimū tempus testatoris
voluntati paruerit, & inuentarium faxit, hæres
vtior. hæc etiam contra testatoris voluntatem
inducitor.

De successionibus ab intestato. Tit. 27.

Episcopi, Presbyteri, & clerici, vt supra dictū ^{1. Sed hoc.}
est, si quid per hæreditatem, aliōve modo,
intuitu personæ quæsierint: hoc ollis cui volent
dum viuunt donare liceto. Sin ante obierint
quām hoc faxint: altari cui seruient omnia per-
petuō sanctificant, in ius eius transeunto.

Itaque clerici, qui parochialis ecclesiæ admī- ^{3. Cum dō}
nistrationē gesserit, intestatō defuncti bona que ^{leibus.}
eius fuerint cùm moreretur, ipsius ecclesiæ no-

De Sepulturis

mine episcopo vendicare liceto. Si tamen in extremitate agens velut ultimam exprimens voluntatem se & sua monasterio cuiquam legitimè contulisse probabitur: haec ipsi monasterio restituuntur. Intestatus autem, etiam si sue mentis compos non fuisse, cum ultimam voluntatem expresserit, ostendetur, intellegitor.

2. *Sancto.* Laici vero de presbyterorum suorum morientium substantia sicut in propriis servis partes nec vendicanto, qui liberi facti erunt ad suscipiendum gradum & agendum diuinum officium, ab his praeter diuinum officium ne quid exigitor. Peculium ipsorum sic diuiditor. Pars una episcopo, altera ecclesiæ, tertia pauperibus, quarta parétabus designator. Si idonei parentes non erunt: hanc episcopus recipito. In usum ecclesiæ diligenter distribuito. Qui contra hoc præsumperit anathematizator.

De sepulturis. Tit. 18.

3. *Dervxo re.* TAM viro quam vxori libera elegundæ sepulture facultas esto.

Patri quoque ubi volt filios suos sepelire, nisi contra consuetudo erit, liceto.

4. *Frater titatam.* Si qui ergo apud ecclesias & monasteria in quibus religiosorum fratrum cōuentus constituti fient sepeliri desiderabunt: his ne contradicitor. At si quis relictis antiquis ecclesiis de patrum aliorumque parétabus suorum sepulchris ad nova ministris religiosa loca transferri se mandassint: hoc viribus caret.

Itaque

Itaque unusquisque regulariter in maiorum 1. Nos in-
fuorum sepulchris iaceto. Nulli tamen tam pro- stituta.
priam quam alienam sepulturam elegere prohibetur. At in qua quis ecclesia cœlesti pabulo re-
fici consueuerit, olli tertiam iudicij sui partem
quisque dato, legato. Sic demum vbiunque li-
bitum fuerit sepulturam elegito. Nemo aliter
sub anathematis vinculo facito.

Sed & si quis parochianorum ecclesiæ cathe- 8. Chm.
dralis alibi sepulturam elegerit: de testamēto ip- super.
sius capitulo quarta portio relinquitor.

Immo quicunque in monasterium conuorti 2. Relatiō
volet sive in morte sive in vita, omnium rerum
& possessionum de quibus pro salute animæ sive
disponere decreuerit medietatem ecclesiæ ad
quam pertinebit reliquinto.

Hodie autem si qui in ægritudine ipsa ad re- 4. De his
ligionem transierint, ac de ipsa decessint: de bo-
nis eorum ecclesiis à quibus assumpti sient por-
tio canonica exhibetor. Si vero ad religiosâ loca
se in sanitate transferent: de his quæ locis ipsis
religiosis conferent, sicut nec si priuatis contulerint,
aliquid prædictis ecclesiis impartiri ne
coguntor.

Cæterum, ut ad sepulturam redeamus, cor- 6 Cum lib.
pus humanum, quod ad ecclesiam sepeliūdum, berum.
prout defuncta persona in ultima voluntate di-
sposuerit, deferetur, nemo violēter capito. si fa-
xit: ossa, & beneficia quæ occasione sepulturæ
huiusmodi percepserit his apud quos sepeliundū
erit integrè restituere cogitor.

Qui alienum parochianum post adpellatio- 5. Ex pat.
ce. f.

De Sepulturis

nem interpositam in ecclesia sua sepelierit, eius corpus restituto. Cū parochiali presbytero exinde de lite, si qua inter eos erit, amicabiliter conuenito.

10. In no-
stra. Sed & si quibus ex priuilegio indulgentiāve speciali omneis paſsim, præter interdictos & excommunicatos, ad sepulturam ecclesiasticam, qui apud ipsos eam elegerint, recipere, & fideicommissa in vltima voluntate relicta accipere, quarta parochiali ecclesiæ de cuius parochia mortuorum corpora adſumentur soluta eōcesum erit: alienos parochianos niſi qui apud eos ſepeliri elegerint ad ecclesiasticam sepulturam ne recipiunto. & tunc parochialis ecclesia de omnibus à defuncto pro anima sua in vltima diſpoſitione relictis quartam partem recipito. illi, ni dolo, fraudēve eorum defunctus ad huiusmodi diſpoſitionem inductus erit, residuum habēto. Quicquid autem extra hoc ab alienis parochianis corūmve intuitu (niſi qui eorū oblati, conuersive fuerint) ſeu ab iis qui ante legitimos annos deceſſint, ſepulturę eorū gratia recepſint, hoc parochiali ecclesiæ reſtituunto.

9. Certifi-
cari. Cūm autem priuilegium cuiquam ecclesiæ ita confeſſum ſuper ſepulturis erit, SALVA
EARVM ECCLESIARVM A QVIBVS
CORPORA ADſUMENTVR IVSTI-
CIA, hæc circa medietatem, tertiam, quartam-
ve partem pro locorum diuerſitatibus adtentitor. Rationabilis cōſuetudo regionis prout que-
libet in ſuo ſenſu abundabit ſeruator.

11. Abor-
lenda. Clerici tamen non obſtantے conſuetudine

pro terra in qua quis sepeliundus erit pretiū ecclæ nomine ne exigunto.

Porrò cui viuenti communicatum erit, eidem ^{11. Ex pat.} defuncto communicator. Et si casu quis in mortem se præcipitem duit, maxumè si ex honesta causa id euenerit, corp' eius ecclesiasticæ nihilo minus sepulturæ traditor.

Contra verò quibus non communicatum erit ^{12. Sacris} viuis, eisdem defunctis ne communicator. Qui priùs ab ecclesiastica vnitate præcisi, nec in articulo mortis ecclesiæ reconciliati fuerint, ecclesiastica sepultura carento. Si quæ excommunicatorum corpora quorundam vi, aut casu in cœmeterio ecclesiastico tumulata erunt, & ab aliorum corporibus discerni poterunt: exhumentor, ab ecclesiastica sepultura procul iactator. Sin discerni haud potis erit: cum eorū ossibus fidelium corpora ne extumulantur.

Episcopus tamen parochiano suo, et si pro ^{14. Parochiano.} manifestis excessibus excommunicatus fuerit, si dum in extremis ageret per presbyterum suū iuxta formam ecclesiæ absolutus fuerit, cœmeterium, & alia ecclesiæ suffragia ne denegato. Quinetiam eius hæredes & propinqui ad quos eius bona peruerent, ut pro eodem satisfaciāt, censura ecclesiastica compelluntor.

De parochiis & alienis parochianis. Tit. 29.

NVL LVS episcopus alterius parochianum ^{3. Nullius.} iudicato, ut nec ordinato.

Et si qui ex electa primū mansione alio ad ^{5. Significatio.} Q. ii

De Paroch.& ali.Paroch.

habitandum se transtulerint : relictorum locorum prælati nullam in eos iurisdictionem usurpanto, neve ab iis, queis spiritualia non ministrabunt, temporalia exigunto. tantum de agris in eorum parochia constitutis hi qui domicilium transtulerint si fructus percipient, & earum partium ratio prædiorum decumas exiget, eas integrè persoluunto . De cæteris ei cuius in diœcesi agent tanquam diœcesano suo respondentio.

1. Si episcopus cum parochianis suis hereticis ad catholicam unitatem conuorsus siet: eas quæ sic inuentæ fuerint parochias equaliter inter se ille & substitutus olli episcopus herciscunto, diuiduto. vbi partes numero pareis fuerint, alia loca ad illum, alia ad alium pertinente. qui amplius temporis in episcopatu traxerit ille diuidito, minor elegito. si unus locus erit: ad eum quem plebes elegerit pertineto. Sed si antiqui catholici suum, & ex Donatistis conuorsi suum volent: plurimorum voluntas paucioribus præfertor. Sin autem partes equalis erunt: majoris temporis episcopo deputator. Si verò plurima loca in impari numero in quibus ambæ partes fuerint inuenientur, nec equaliter diuidi poterunt: quæ loca parem numerum habebunt, distribuuntor. quod si quis locus remanserit: in eo id quod in uno loco tractatum est seruator.

4. Super eo.
At si quos fines legitima probatione aliaſve indubitata fide ecclesiastica ordinatione statutos esse constabit: siue parochiarum siue prouinciarum limites erūt, nulla eorum, horumve quæ iis cohærent præscriptio esto.

Cæterum presbyteri dominicis festiūisque diebus antequam sacrum celebrent, plebem, si quis alterius parochianus in ecclesia proprio cōtempto presbytero sacrum audire velit, interroganto. si quem nancti erunt: actutum ab ecclesia abiiciunto.

De decumis, Primitiis, & oblationibus. Tit. 30.

An debeantur decumæ, & an exigi possint.

DE C V M A S, cùm à domino institutæ sient, 14. *Parochianos.*

nemo decumas detineto. hæ egentium animarū *nobis.* tributa sunt. deo optumo maxumo in signum vniuersalis dominii de cūctis prouētibus redundor. Clericis, queis eas ipse pro cultu suo cōcessit, tribuuntor. Colonus de parte fructorum quæ sibi remanebit ratione cultus, dominus de portione quam percipiet ratione terræ decumā sine deminutione reddundo. sumptus ne deductio, néve semen separator. Prætextu nequitiae clericorum aliis quam queis ex diuino mandato debetur pro suo arbitrio, etiam capellis, clericis, pauperibus eas ne erogāto. Episcopi eos omneis qui ratione personarū prædiorūve decumas ecclesiis & clericis diœcesis ipsius exhibere tenebūtur ad eas cū integritate reddendas cōpellūto.

Sed & prædiorum domini hæc talibus per- 32. *In alios.* sonis, & taliter, vt absque contradictione eccl- *quibus.*

De dec. prim. & oblat.

Siis decumas integrè persoluant, & ad id, si necessarium erit, per ecclesiasticam censuram compellantur, committunt. Quæ decumæ ex lege diuina, locivè consuetudine aprobata debebuntur, hæ necessariò soluuntur.

33. Cum
non sit.

Quinetiam exactionem tributorum & censuum decumarum solutio præcedito. saltem ad quos census tributavè indecumata peruenerint, ea per censuram ecclesiasticam ecclesiis, quibus de iure debentur, decumare coguntur. sic res cù onere suo transito.

3. Ex mul
tiplici.

Denique si quæ conuentio super decumis soluendis inter duas ecclesiæ facta erit: et si quod priuilegium post de his non soluēdis altera impetrasset, ni in eo de ipsa mētio facta siet, ea inviolabiliter tenetur, obseruator.

A quibus debeantur vel non.

24. A
nobis.

Vilibet etiam dans & recipiens possessiones ad firmā de fructis quos percepserit decumas, ni ab earum præstatione immunem se & exemptum ostendet, exsoluto.

16. Deter
ris.

Immo Iudæi quoque de terris quas colent decumas soluere vel possessiones renūciare omnī distriictione compelluntur.

4. Com.
missum.

Sed & monachi ecclesiæ in cuius parochia morabuntur etiam de terris cultis in quibus domus ante construetæ fuerint, quæve ex pascuis ad frugum fertilitatē translate erunt, cū ea integritate qua ante solui solite fuerint, persoluūto.

8. Dilecti

Iidem si quæ prædia à laicis conducta ha-

bebunt, de his decumas quibus solitum siet, etiam monachis aliis, si in eorum parochiis praedia fuerint, plenariè soluunto, cum eisve amicabiliter componunto.

Solis fratribus Cisterciensis ordinis, Templariis, & Hospitalariis decumæ laborū quos priis manubus, sumptubūsve colēt, indulxæ sunt. Cæteri tantum de noualibus suis quæ propriis manubus, sumptubūsve excolet, & de nutrimentis animalium suorum, ac hortis suis decumas ne persoluunto. Quibus autem hoc indulxum est de aliis rebus ecclesiæ suæ decumas ne subtrahunto, néve quid amplius sibi vendicanto.

Quibus autem laborum huiusmodi quos priis manubus sumptubūsve colent decumæ concessæ erunt, hi decumas terrarum quas aliis tradent excolendas ne subtrahunto.

Pro laboribus tamen etiam quæ noualia non erunt intelleguntor.

Sed & noualia comprehenduntur. vnde cui decumas de laboribus terræ parochiarum sua- rum cum integritate percipiundi potestas concessa erit, has etiam de noualibus rectè exigitur.

Ipsi autem Cistercienses, & alii similibus privelegiis gaudentes de alienis terris, & imposterū adquirūdis, etiam si eas propriis manubus, sumptubūsve excolēt, decumas ecclesiis, queis prediorum occasione antea soluebātur, ni cum ipsis aliter composuerint, persoluunto.

Priuilegia enim cuiquam ordini concessa, si cū

^{9. Sugge-}
^{rum.}

De dec. prim. & oblat.

data fuerint nullum inde scādalu[m] suboriri potuerit, post autem multorum ecclesiasticorum querela cōtra hæc oborietur, ni res amicabiliter inter eos componetur, recte reuocantur.

2. *Nomina* Cæterūm clerici à clericis de dote ecclesiæ decumas ne exigunt. Tantū si qui clerici à clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, hi decumas ollis præstanto.

18. *Cum sint homines.* Qui autem vnius ecclesiæ incolæ erunt in alia parochia terras excoletes, in soluendis earum terrarum decumis consuetudinem sequuntur. Si quæstio erit: ecclesiæ etiam an in uno diuersissime episcopatibus constitutæ sient, inspicitor. ut una ecclesia in alterius episcopatu decumas recipiat facilè ne admittitor.

20. *Ad apostolice* Itaque qui de vnius episcopi parochia in aliam translati erunt, illi ecclesiæ in qua ecclesiastica percipient sacramenta decumas personales redundo. Super messium autem fructoru[m] arborum, si coluerint in alia quam in qua habitabunt parochia, decumis quod per consuetudinem diu obtentam obseruat[ur] erit hoc obtinet[ur].

Quibus debeantur vel non.

29. *Cum contingat* PErceptio decumarum de iure communi parochialium ecclesiarum esto. Si que decume noualeis in earundem parochiis fuerint: nisi que ecclesiæ, seu personæ ecclesiasticæ aliæ, ad quas in ipsis decumarum perceptio pertinebit, ex rationabili causa noualium quoque decumas ad se pertinere ostendent, ad eas pertinentio.

Multò minùs ergo à laicis occasione decumæ ^{25. T. u. s. i.}
tionis antiquæ (licet ollis in feudum decumæ cōθεμα. fi.
cessæ erunt) noualium decumæ usurpator, sed
in talibus licentia restringitor.

Si quæ igitur terræ arables factæ intra certam ^{13. Quo-}
alicuius ecclesiæ parochiam erunt: earum decu- ^{niam.}
mæ, episcopo parte sua retenta, eidem ecclesiæ
ad signatōr. Alioquin eas episcopus alicui eccle-
siæ deputato, ad opūsve suum, prout expediet,
retinetō.

Si quæ autem monasteria conuentualeisve ec- ^{30. Cū in}
clesiæ in certis parochiis maiores & minutæ de- ^{144.}
cumas percipere ab antiquo consuerint: his eo-
rum omnium fructorum, qui de terra, de qua
prouentus decumarum ratione percipere con-
suerint, prouenient, si eadem ab antiquo ipsis
decumalis fuerit, decumæ soluūtor. vna eadē
que ecclesia diuerso iure ne censetur. alioquin
parochialibus ecclesiis, ad quas iure communi
spectant, exsoluuntor.

De quibus rebus debeantur.

DE omnibus prædiorum fructibus siue si- ^{21. Ex p. 2.}
mul, siue diuersis anni temporibus in eodē te. y.
agro diuersa semina sparsa fuerint, decumæ in-
tegræ persoluuntur.

Item fidelis homo de omnibus quæ licetè po- ^{23. Ex}
test adquirere, etiam quæ de molendino ad ven ^{transmis-}
tum (quod vocant) prouenient decumas ero- ^{sa.}
to.

Igitur de vino, grano, fructis arborum, pecori- ^{22. N. 4.}

De dec. primit. & oblat.

bus, hortis, negociatione, ipsa etiam militia, de venatione, ac omnibus bonis decumæ ministris ecclesiæ tribuuntor. qui de iis eas soluere neglexint, ecclesiastica districcione precelluntur. haec, antequam vllæ de ipsis bonis expensæ deducantur, ecclesiis ad quas pertinebunt integrè persoluuntor.

5. Perue-
nit.

Ordinarii locorum parochianos suos, vt de prouentibus molendinorum, pisciarum, fœno, & lana decumas ecclesiis quibus debentur integrè persoluant, monento. si opus erit, sub excommunicationis districcione compellunto.

6. Nun-
cios.

De apibus etiam, & omni fructu.

7. Cum ho-
mines.

Quomodo solvi debeant.

Q Votcunque partibus sibi retentis ecclesiæ decuma debetur, parochiani hanc lectis statim fructibus persoluunto. antequam id faxint, etiam seruientibus, mercenariisve suis de frugibus non decumatis seruitii debita ne persoluunto. Si faxint: de subtractis & retentis satisfaciunto.

28. Paster-
ialis.

Sanè circa res adquisitas factasve de pecunia decumata cum vendentur, siue domus, ager, vinea, clybanus, molendinum, siue merces quælibet siet, expensæ deducuntor. de residuo quæsi de lucro decumæ persoluuntor. At quæ pro fructibus percipiundis expensæ fient, ex illis rebus de quibus fructus proueniunt, et si decumatae sient, ne deducuntor. fructus ipsi nisi cum decumarum onere ne alienantur. Pro restaurando etiam quarilibet rerum detimento ex quibus decumæ persoluentur, siue pars morietur

armenti, vinea deteriorabitur, portiove mercis deperibit, siue totus clybanus destruetur, de prouentibus decumandis expensae ne deducuntor.

A quibus concedi possint vel non.

Laicis de spiritualibus quid concedendi, disponendive nulla facultas esto. Imperialis ^{15. Tunc.} _{in princ.} concessio, quantuncunque generalis siet, neminem à solutione decumarum eximo.

Episcopo itaque, aliisque cuius de iure communi intentio fundata siet, decumas ecclesiæ suæ petente, si earum possessores præscriptionem obponent, eius titulum quem allegabunt primū probanto. Si vero donator talis erit qui conferre nequiverit, puta laicus, etiam si regia authoritate munitus, et si Romani pont. confirmatio deinde accesserit, ni post eam legitimum tempus impletum erit, iuri episcopali nihil derogatum esto.

Laici enim quod sacerdotum est in ecclesiastis ^{17. Quam} rebus ne usurpant. Nemo prælatorum de ecclesiæ decumis, ecclesiæ disponendi facultate ollis indulgeto, alicuius laico in seculo remanenti ecclesiam, decumam, oblationemque concedito. qui faxit à statu suo exauthorator. donec emendassit, dolore suæ ruinæ prostratus iaceto.

Laico decumarum per successionem tenenda-^{18. Ad} rū donatio ab ecclesiastica persona facta si erit: ^{hac.} viribus careto. laicus, ni eas ipsi ecclesiæ resigans liberè transcriberit, excommunicationis vinculo adstringitor.

De reg. & tran.ad relig.

19. Prohibemus. Sed nec laici decumas quas detinebūt in alios laicos transferunto . Si quis recepsit, ni reddiderit ecclesię, christiana libitina priuator.
35. Interdictum. Immo & decumas à laicis detentas quæ ad alienas ecclesiās pertinebunt nec persona ecclesiastica ab eisdem laicis in pignus recipito.
1. Decimationis. Hactenus de decumis, & oblationibus. Quod enim ad primitias spectat : sacerdotes in primitiis offerūdis amplius quām lege definitum sicut ne exigunto.

De regularibus & transientibus ad religionem. Tit. 31.

1. Nullus. **N**Vllus nisi in legitima ætate, & spontanea voluntate tondetor.
6. Quia in insulis. Immo in quibus monasteriis dura erit monachorum congregatio pueri ante duodecimagesimum annum ne suscipiuntor.
8. Ad nostram. In aliis monasteriis qui susceptum religionis habitum ante consummationem annorum quatuordecim deposuerint, quive post annum decimū quartum habitum sine probatione suscepint, si tamen intra triduum deposuerint, à monasterio ne vendicantor . Si quam post uxorem accipere iurassint, ni quæ rationabilis causa obfistet, hanc liberè traducunto.
14. Cum sumus. Itē si pater cum filio puero se ad aliquod monasterium cum bonis suis contulerit: puer, cùm ad discretionis annos peruererit, si habitum monachalem retinere nolet, nec eum ad hoc inducer potis erit, ne compellitor, hunc si dimittere

volet, licet o. bona paterna quę ipsi ex successione prouenient recipito.

Qui non à parentibus monasterio oblatus intra decimum quartum annum facti voti pœnitens à religione recesserit, à voto professionis quod faxit absolutus esto. Sin à parentibus oblatus decimo quarto anno completo religionem quis intrassit, postve decimum quartum annū professionem priùs à se factam ratam habefit: is ad eandem aliámve religionem transfire compel litor.

Si quis ante legitimos annos sine consensu parentum suorum tonsuratus, post annosve legitimos per vim clericus factus erit: ni ipse, aut etiā parentes eius intra annum ad principem, proprium episcopum, missumve dominicum reclamasint, in clericatu permaneto.

Quæ infra discretionis annos à parentibus monasterio tradita habitum religionis induens benedictionem accepit, ni tunc eidenter contradixerit, præsertim si ratihabitione sequuta (etsi quandoque contradixerit) ante gesta roborassit, monasticæ professionis iugum excutere nequito. monachum monachámve aut paterna deuotio, aut propria professio facito. quicquid horū allegatū erit, teneto. reuertēdi ad seculū aditus penitus interdict⁹ esto. At quę pueræ ætate nibili parentum imperio coactæ virginitatis habitum suscepsint, ipsum sine præuicatione rectè deserunto.

Clerici quoque, qui religionis habitum suscepint, si eius ad quam migrassint austeritatē ser-

ii. Significatum.

2. Si quis.

12. Cum virum.

9. Super eo.

De reg.& trans.ad relig.

uare nolent, ad minorem religionem transfire co-
guntur . amplius in ecclesiis secularibus ne ad-
sumuntor. At si ante suscepimus huiusmodi ha-
bitum in probatione positi recedere volent: ad
priorem statum redire ne prohibentor.

21. Post-
laisti. Immo qui in minoribus annis constituti noui-
tiorum habitum suscepint, si intra annum post-
modum professione non facta ad seculum re-
uertentur, & episcopis suis hoc scientibus ad sa-
cros ordines promoti fuerint: in quibus ecclesiis
ab his instituti erunt, liberè ministranto. ab his
propter hoc ne amouentor.

23. Statu-
mus. Nouitii enim in probatione positis ante sus-
cepimus religionis habitum qui profitentibus da-
ri consuevit, anteve professionem emissam , nisi
quos euidenter absolutè vitam mutare voluisse,
& in religione perpetuò domino deseruire vel-
le adparebit, ad priorem statum infra annum li-
bere redire liceto. In quibus locis religiosis no-
uitorum habitus à professorum habitu distincti
non erunt, vestes profitetibus concedendę pro-
fessionis tempore benedicuntur. sic eorum habi-
tus discernuntur.

20. Con-
fulti. Cæterū qui conuortitur si absolutè vitā mu-
tare , & sub habitu regulari omnipotenti deo
deinceps famulari proposuerit, si intra tempus
probationis ante professionē emissam exire vo-
let: vt regulariter viuat ad laxiorem saltem regu-
larem transito. At si conditionaliter experiri regu-
larem obseruantiam propositum eius erit , vt ea
intra annum, si placuerit, profiteatur , alioquin
moribus emendatus ad statum pristinum rever-

tatur: olli ad seculum remeare liceto. seculariter tamen ne viuoto. vt autem eius intentio pleniū adgnoscatur, propositum suū in principio protestator.

Quicquid sit, episcopi dicēsanā sibi lege 22. Ex subiectos qui per annū in monasteriis habitum *parte*. gesserint monachalem duabus viis ingredi ne sinunto. Regulā ordinis profiteri & seruare ecclēsiastica censura compellunt.

Vidua quoque si sponte velum conuorsionis, 4. *Vidua*. quamuis non sacrum, sibi imposuerit, & in ecclēsia inter velatas oblationem deo obtulerit: velit nolit, licet eo tenore, vt deponere posset, vela-men sibi imposuisse sacramento firmare volet, sanctimonīæ habitum vteriū habeto.

Vir autē & mulier si dissēsione inter eos sub- 19. *Venies* orta alter alterum non requirere corporaliter iurassint: hoc iuramentum inlicitum esto. & si vir legitimam causam dissoluendi matrimonii prætenderit, & ad secūda vota vterque migras-sit: ni ante ecclēsiā super hoc fides facta fuerit, vir relictam vxorem recipito. causa iudicio de-ciditor. Si tamen contra matrimoniuū nihil probatū erit, & muliere ad pœnitentiam agendam includi volente vir etiam seculo relicto ad regu-larem vitam migrare volet: liceto.

Porrò qui clerici monachos se habitu & no- 3. *Vt cleri* mine fingent, nec erunt, vt veri monachi veri. *ci.* Clerici sicut, conriguntur.

Monachum enim non habitus, sed regularis 13. *Porro* professio facito. vnde si à conuertundo votum *clerum*. etiam in infirmitate emissum erit, & ab abbatē

De reg.& tran.ad relig.

receptum: qui id faxit, monachus fieri, & domino quod promiserit reddere compellitor.

17. *Sicut nobis.*

Qui ergo regularem habitum se postulante suscepit, & ad obseruantiam religionis canonicae sua se professione obligassit, et si id in egritudine quasi de morte securus faxit, nec ad ecclesiam transierit, nec bonis suis vti cessasset, videntibus etiam & scientibus ecclesiæ prælato & canonicis à quibus habitum suscepit: ad resumendum eius habitum ecclesiastica districione compellitor.

18. *Sicut tenor.*

Si quo tamen tempore infirmus extra mentem positus habitu monachali induitus erit: hic nullus eius consensus esto. ab obseruatione monastici ordinis, ni postea mentis suæ compes factus spontanea voluntate professionem monachalem faxit, absolutus denunciator.

19. *Ad apostolica*

His ut obuiam eatur, ante vnius anni probationem nemo monachus efficitor. Interim conuersus asperitates monasterii, & monasterium huius mores experiutor. si tamen ante hoc tempus probationis qui conuorti desiderabit habitum recepsit, & professionem monasticam abbate per se aliūmve eā recipiente emiserit: vt ergo ei quod pro se introductum est renunciare intellegitor. Ille per professionem sic emissam & acceptam ad obseruantiam regularem obligatus esto. verè monachus censetur. Abbates tamen ad professionem ante probationis temporis passim quolibet ne recipiunto. si indiscretè facient: animaduorsione debita conriguntur.

Qui

Iidē abbates & alii religiosorū prælati, ne san- 2 4. *Ner-*
guis eorum de manubus ipsorum requiratur, *ligiosi.*
prouidento.

Qui capitulis præsidētes, patres, abbates, prio-
rēsve erunt, fugitiuos suos & de ordine suo deie-
ctos sollicitē annuatim requirūto. hos, si in mo-
nasteriis suis secundūm ordinem regularem re-
cipi poterunt, abbates priorēsve corum recipere
salua ordinis disciplina monitione prævia per
censuram ecclesiasticam compelluntor. Sin re-
gularis ordo hoc non patietur: vt apud eadē mo-
nasteria in locis cōpetentibus, si absque graui
scandalo fieri poterit, alioquin in religiosis do-
mibus eiusdem ordinis ad agendam ibi pœni-
tentiam ollis vitæ necessaria ministrentur, apo-
stolica autoritate prouidento. Eosdem si ino-
bedientes inuenient, excommunicanto. Donec
ad eorum mandatum humiliiter reuertantur,
tandiu eos ab ecclesiarum prælatis excommuni-
catos publicē nunciari faciunto.

Maxumē autem cisterciensis ordinis mona- 7. *Non est*
chos & conuorsos post professionem sine suo-
rum abbatum licentia per episcopatus suos reci-
pi ecclesiarum prælati ne permittunto. Si qui
ex eis sine licentia abbatum suorum de mona-
sterio exierint, ni commoniti actutum redibūt,
eos regredi compellunto.

Sed & nemo monachus de monasterio in mo- 5. *Ioannes*
nasteriū temerē migrato, vt nec peculiare quic-
quam habeto, qui hoc præsumperit, monaste-
rio in quo ab initio conuersatus siet, sub abbatis
sui regula competenti correctione redditor.

De conuor.coniug.

8. *Sanc.* Canonicus quoq; ecclesia in qua professio-
nē faxit relictā si in monachū ab alterius mona-
sterii abbate recept⁹ erit, locūsq; ubi permane-
bit maioris religionis erit quā illa quā fugerit:
ipse in eodem loco cum pura conscientia per-
maneto, alioquin ad priorem ecclesiam redito.

18. *Licet.* Quibus autem monachis, canonicis, hospita-
lariis, & templariis priuilegium hoc concessum
erit, ne quis apud eos professus ad alium locum
etiam arctiorem religionis velamento transire
possit, tantūm, ne quis ex temeritate, leuitatēve
in iniuriam seu iacturam eorum ordinis hoc
prætextu ad alium ordinem transuoleat, viden-
to. Si quis autē cum humilitate & puritate non
fictè transeundi licentiam petet: ne denegan-
to. Alioquin ei qui petierit absoluto sanctioris
vitę propositum implere liceto. At si ad laxiore-
rem arctiorēmve ordinem ex temeritate, an ex
charitate quis transire volet, dubitatio erit: su-
perioris iudicium requiritor. Præsulatum ve-
rò absq; Romani pontificis licentia nemo qua-
cunque occasione deserito.

De conuorsione coniungatorum. Tit. 32.

2. *Verūm.* Post legitimū consensū de p̄senti alte-
ri cōiugū altero repugnante, dum carnalis
commixtio inter eos non interuenerit, mona-
sterium clēgere liceto. Remanenti, ni monitus
continentiam seruare volet, ad s̄ecunda vota
transeundi potestas esto.

14. *Ex parte.ij.* Sed et si causam aduorsus sibi despōsatum
prætendet propter quam per verba de p̄senti
desponsata velum suscipere volet, siue lepra

percussum, siue hæreticum dicet eum qui ipsam despontas sit: nihil hoc efficit. etiam si causa falsa siet velum suscipere liceto. Quæ autem in veli susceptione religionis habitu adsumperit, si tamen in domo propria quasi propositum castitatis in seculo seruatura remanere volet, nisi se voto ad obseruantiam regularem adstrinxerit, nihilominus matrimonium consummator. alioquin relicto seculo religionis propositum exequi cogitor.

Idcirco quæ viro despontata erit, necdum tam ab eo cognita, si post ipso eam petente ad religionem transire velle dicet: aut quod id faciat, aut quod ad virum intra certum terminum redeat, caueto. si ad religionem transibit: uterque alteri quod ab eo recepsit restituito. quod de non dimittenda vxore nisi ob fornicationis causam à domino dictum est de matrimonio carnali copula consummato intellegitor.

Cù enim vir & vxor una caro per copulam coniugalem effecti erunt, vni parti ad dominum altera in seculo remanente conuerti ne coeditor. Alter coniugum ad regularē obseruantiam, nisi reliquus perpetuā continentiam repromittet, & vitam mutant, extra quam si propter quietatem sine suspicione in seculo remanere poterit, ne recipitor.

Itaque vxoratus sine licentia vxoris quae integræ opinionis siet inter religiosos ne admittitur. Eadem (si secundi voti contrahendi continentiae incurriendæ merito suspecta non sit) publicè in conspectu ecclesiæ continentiam professæ cum filiis suis & familia

De conuorsione coniug.

in domo propria manere liceto. Sin suspicione non carebit: voto continentia celebrato à secularium hominum conuersatione se remoueto. In loco religioso vbi deo seruiet perpetuo commorator. Nemo quoque religiosus mulierem villam tonsurato, secumve ad habitandum admittito, ac si mito

5. *Coniugatus.* Nedum autem coniugatus ad regularem professionem, nisi ab vxore continentiam profidente absolut' sicut, sed & ad sacros ordines ne promouetor.

6. *Sane.* Vnde si coniugati ordinari voluerint: vxoris voluntas ante requiritor. & ita vxoratus, ni prius vxor continentiam professa sacram sibi velamē imponet, & religiosam vestē vitamve adsumet, in episcopum ne ordinator.

4. *Cūfīs.* Vir etgo, vt dictum est, vxore sua, aut vxor viro religionis habitum non adsumente, ad religionem ne transito. hoc locorum episcopis cure esto. Tantum si cuius vxor ita senex & sterilis siet vt sine suspicione in seculo esse possiet, si castitatem ea promittente vir ad religionem trāsibit, dissimulare liceto.

7. *Preterea.* Alioquin si laicus vxoratus etiam præsentibus sacerdotibus & monachis episcopo forte ignorantē de licentia & permissione vxoris monasterium ingressus professionem faxit, vxore in seculari habitu remanente: ni hæc ad religionem transierit, perpetuōve castitatem seruare promiserit, de monasterio reuocator.

20. *Dudū.* Si tamen vir & mulier inuicem iuri quod alter habet in alterum animo religionem ingrediun-

di in sacerdotum manibus renunciassint, licentiāmque ad monasterium transcendī sibi inuicem duint: et si qua ex parte spes frustrata inlectiōe allegabitur, si non conditio modūsve expressus erit, qui se postmodū monasterio deuouerit, sēque solenni voto obligassit alterum ne inquietato.

Quae viro religionem ingredienti consentiens continentiae votum sibi iniunctum, fidēmque ^{18. Significativa} perpetuae continentiae præstiterit, etiam post viri professionem religionem intrare, quandiu votum continentiae obseruabit, si tamen talis exigitatis fiet de qua suspicio haberi non posse, nec id primū cum continentiam voveret olli à recipiente expressum erit, inrita ne cogitor.

Sin mulier ingredienti monasterium marito ^{17. Actus} propter eius verbera & grauamina ^{dens.} consentire coacta erit: et si viro religionis habitum adsumente ipsa in domo monialium permanserit, ni tamen religionis habitum adsumpsicerit, votūm conuorsionis emiserit, illū, cū habitu relicto ad seculum forsitan reuorsus erit, sibi redi recte petito. Is eam recipito. ei affectum coniugalem exhibeto.

Aequē si quis cōiugum infirmitate depresso ^{11. Charis.} continentiam voverit, et si alter ad tempus con-sensum præbuerit, maxime si non etiam perpetuam continentiam voverit, cohabitare compelluntor. Vterque inuicem maritali se affectu tractato.

Itaque si vir in infirmitate positus consentien ^{9. Ex parte} te vxore castitatis votum faciens monachalem ^{te i.}

De conuor.coniug.

habitum suscepit: post tamen morbo liberatus vxore in seculo remanente ad religionem proficisci nequito. At si eam postea de medio tolli contigerit, votum ne violato. suæ salutis periculum vitato. Si aliam duxerit: ea dimissa ad suum monasterium sub regulari habitu reuerti cogitor. Ibi domino seruito.

3. Quidā. Planè si quis non consentiente sed inuita uxore monasterium intrassit: votum ne teneto. Ea repetente si ad eam redire coactus erit: eius ratione etiam ea mortua ad monasterium redire ne cogitor. Ulterius tamen uxorem ne accipito. promissum de nō exigūdo debito, quod in eius potestate sicut seruato.

10. Con-
fusus. Quod si vir ad religionem transiens in ea per annum & amplius morā faxit: eius uxore postquam ad regularem domum transferit defuncta adsumptum habitum ne abiicito, néve quam sibi matrimonio copulato. Si contraxerit: matrimonium dirimitor.

11. Placet. Sed & mulier si mortuum maritum credens religionis habitum adsumperit, eoque reuerto de monasterio educta lege viri soluta erit: quod votum de non exigundo debito carnis præstiterit quantum ad ipsam teneto. Ipsī, ut ad monasterium redeat, ubi bona intentione professionem faxit, & religionis habitum accepit, consultum esto. Si tamen ad hoc induci nequit: inuita ne cogitor.

15. Confi-
tus. Quæ autem à viro carnaliter cognita vxori cum altero adulterium commiserit, virum,

qui religionis habitū adsumpserit, quominus regulare votum impleat, ne inquietato.

Immo & si quæ mulier captiosa viri adsertione caput eius vt tondeatur altari subposuerit, & eo post probationis tempus professionem monachalem solenniter faciente in seculo remanens inhonestos amatores admiserit: super eius reuocatione ne auditor eius intentio, maxime si non antequam fornicata siet eum repetierit, commissæ fornicationis exceptione editor.

Nam & quæ mulieres relicto maritali thoro lapsu carnis ceciderint, nisi mariti earū ab episcopo commoniūt̄ eas ad frugem melioris vitæ conuorsas recipere volent, in claustris cum religiosis mulieribus conlocantor. Ibi perpetuam pœnitentiam agunto.

De conuorsione infidelium.

Tit. 33.

MVlieri, quæ in fide remanserit, inuitu viro ab infidelitate reuertente, propter quam ab eo iudicio ecclesiæ separata siet, ad religionem liberè conuolare liceto.

Quod si quis cuius mulieris machinationibus & insidiis virum eius occiderit: et si Saracenus siet post per eam eiūsve stufio ad Christianam fidem cōuersus, ei ne adhæreto. si adhærebit: ne tolerator. hoc damnū tali lucro ne cōpensator. At si quis Saracenus in bello chri-

R. iiiii

16. Venīt̄

*19. Gau-
demus.*

*21. Ma-
tier. si.
preceden-
tia.*

*1. Lau-
dabilem.*

De vot. & vot. redemp.

stianū interfecisse notatus erit, & ad fidem conuorsus vxorem interempti sibi matrimonialiter copulassit, christianivē de Sarracenis mulieribus ad fidem conuorsis id faxint: matrimonium licet contractum esto. Mulieribus etiam priorum maritorum morte comperta diuortium postulare ne liceto.

2. Ex lite
ris. Si qui patres de Iudaicæ cæcitatibus errore ad christum verum lumen adducti erunt vxoribus in Iudaismo relictis: maiores triennio filii apud eos, si non suspecti erunt, aluntor, morantor. In ea ætate apud eas personas, de quibus suspicio est se possiet quod saluti vitę eorum insidentur, ne remanento.

De voto & voti redempzione.

Tit. 34.

4. Licet. **V**NIERSIS in vouendo liberum arbitrium esto. post votum necessaria solutio esto. Immo filius, si quod votum pater voverit, eo fidei ipsius id committente implere promiserit, eius debitū exsoluito, cæteris sollicitudinibus postpositis id reapse adgreditor, prosecutor. Si detrectabit: paterna successione indignus eius emolumento priuator. anathematis vinculo subponitur. Iure quoquis alio ex ordine genituræ sibi competente priuator. si plureis fratribus erunt: id ad alios deuoluitur.

10. Per
tuas. Sed & qui in aliqua ecclesia regularem habitu suscipiundi votū solēniter emiserit, idq; implere in ipsius ecclesiæ prælati manibus intra certū

tempus promiserit, nec faxit, voti transgressor
ad alterius ecclesiæ regimen vocatus si erit, regi-
men eius resignato. altissimo vota sua redditio.
post si canonice ad eandem electus erit: si volet
eam recipito.

Qui tamen mortis terrore perterritus vitæ 3. Litera-
mutandæ obscura verba protulerit, quamvis re- turam.
ligionis habitum aliquando suscipere in animo
proposuerit, nisi quid plūs in voto processum
erit, tametsi quod dixerit non implebit, trans-
gressor ne iudicator.

Sed & qui quod voterit auctoritate aposto- 5. Nō est.
lica distulerit, voti transgressor ne habetor.

Item qui temporarium obsequium in perpe- 4. Scri-
tuam religionis obseruantiam commutassit, reus pturæ.
voti ne existumator.

Quinetiam qui in puerili ætate constitutus 2. Veniens
Hierosolyma proficisci disposuerit, etsi comi-
tatus fidem alteri duit, à voto, quod in ætate te-
nera facilitate potius, quam ex arbitrio discre-
tionis promiserit, R.o. pontificis auctoritate ab-
solutor. Idem votū eleemosynis redimido. olli,
vt toto vitæ suæ tempore vni pauperum Chri-
sti, si tamen ad hoc eius facultates sufficiēt, pro-
uideat, consultum esto.

Peregrinationis vota si eleemosynis redimi, 1. De pere-
in aliudve pro necessitate commutari petentur: grinatio-
eius qui præsidebit arbitrium esto. qualitatem nis.
personæ, & commutationis causam, an ex infir-
mitate, adfluentia bonorū, aliavé probabili cau-
sa peregrinatio, an compensatio melior & deo
magis accepta siet, considerato. secundūm hoc

De vot.& vot.redemp.

exinde dispensato.

7. *Magne* Clericus autem absque episcopi sui licentia ne peregrinator. Episcopus item absque generali speciali ve sedis apostolicę licentia, cui adstrictus est, diuturnę peregrinationis votum ne emitto. Si faxit, & ex causa ultramarinas partes adire disposerit, eaque cessabit: voti commutationem à Rō. pontifice impetrandi potestatem habeto. hæc commutatio esto. Quas expensas eundo, morando, reuertūdo facturus erat, alicui religio- so in necessarios eius terræ usus sine deminutio- ne transferandas cōmittito. laborem laboribus compensato. vigiliis sollicitius instato. orationi- bus deuotius vacato. in ieuniis se fortius exer- ceto. Sic votum in aliud pietatis opus commu- tare liceto.

8. *Postu- lafū.* Ecclesiarum tamen præpositi etiam regularē vitam professi postquam se cruce signassint, nisi ecclesię eorum per ipsorum absentiam enormi- ter lədentur, si verbo pariter & exemplo utileis terræ sanctę esse sibi consciī erunt, votum pere- grinationis implere coguntor. Procuratores ido- neos in ecclesiis suis dimittunt. vigēsimam re- ditus ecclesiarum suarum terræ sanctę subsidio deputatam in usus suos habento.

8. *Quod super his.* Si qui autem pro succursu terræ sanctę signo crucis adsumpto propter infirmitatem, pauper- tam, aliamve iustam causam votū utiliter im- plere nequibunt: si temporariam impedimenti causam habere credetur, à religioso viro, cui eius rei cura à sede apo. commissa sit, dilationē ac- cipiunto. Illis solummodo qui super hoc sedis

9. *Ex mul- ta.*

apo . mandatum speciale recepsint incumbito .
religiosi itaque non qui religionis habitum su-
scepsint , sed quies apostolica fides specialiter
delegassit accipiuntor . Ad hos tantum exequu-
tio pertinet . Sin perpetua impedimenti causa
erit: ollis redemptio indicitor . Rerum faculta-
te p̄fata, quas facere possint, facturive fuerint
personarum expensas, compensato præterea la-
bore, in subsidium terræ sanctæ transmittunt .
Sic quod per se nequibunt per alios exequūtor .
Si qui porrò pro defensione terræ sanctæ pere-
grinationis votū emiserit: in his plus terræ sanctæ
succursus adtenditor . Si tales ad pugnandum inu-
tiles erunt: quamuis ad eundum habiles siēt, po-
tiū votum redimunto . Siue tamen per se pu-
gnare scient; sine maturitate consilii pugnantī-
bus adesse, & personæ defectum per alios rele-
uare possint, votum ne redimuto . Quibus au-
tem pro satisfactione suorum criminum pere-
grinationis iter iniūctum erit, si propter debili-
tatem id implere nequibunt, nō etiam si ad bel-
landum tantum impotentes, ad eundum tamen
potentes sient, votum redimere concessum esto .
Mulieres, si quæ remanere noluerint, viros suos
sequuntor . hoc de his mulieribus quæ se ad pe-
regrinationis propositum nullius voti vinculo
adstrinxerint intellegitor . Cæteræ, ni diuites
sient quæ secum suis expensis bellatores ducere
possint, votum quod voverint redimunto .
Viris præter vxorum adsensum peregrinationis
huius propositū liberè vovere liceto . quod vo-
verint adimplento, tantum mulieres ut consen-

De statu mona. & cano. regul.

tiant adtentius commouentor . De clericis autem, nisi consilio strenui, officiove prædicatio-
nis instruēti, aut magnatum obsequio deprehētati,
vel usque adeo diuites & potentes erunt, ut ex-
pensis suis secum ducere valeant bellatores , ni
contrā necessitas utilitatis suadebit, magis redē-
ptio accipitor . Hæc de vountibus dicta sunt.
Ad eos, quibus peregrinationis labor in pœni-
tentiam indictus siet, ne trahuntur.

De statu monachorum, & Canonicorum regularium. Tit. 35.

2. Monas-
chi.

MONACHI in monasterio precio ne reci-
piuntor, néve peculium habento . Singuli
per villas, & oppida, seu parochiales ecclesiæ ne
disponuntor. in maiore cōuentu cum aliquibüs
ve fratribus manento. soli inter seculares homi-
nes spiritualium hostium conflictum ne exspe-
ctanto . Si quis exactus pro receptione sua quid
duit: ad sacros ordines ne adscendito . Si quis re-
cepit: officii suspensione multator . Qui pecu-
lium habessit, ni ab abbate pro iniuncta admini-
stratione permisum siet, ab altaris cōmunio-
ne remouetor. Qui verò in extremis cum pecu-
lio inuentus erit, ni dignè pœnituescit, inter fra-
tres sepulturam ne accipito , néve pro eo offer-
tor. hoc de vniuersis religiosis præceptum esto.
Abbas, si non hoc diligenter cauerit, officii sui
iacturam incurrito . Prioratus, obedientiæve
(quas vocant) precii donatione nulli traduntor.
alioquin dantes & accipientes ab ecclesiastico

ministerio alieni sunt. In queis conuentualibus ecclesis priores per electionem capitulorum suorum canonice instituti erunt, ni manifesta & rationabilis causa erit, vt si dilapidatores sient, incontinenter ve viuent, aut aliud exauthoratione dignum egerint, níve pro necessitate maioris officii de consilio fratrum transferundi erunt, ne mutantur.

Nedum autem monachus, sed & canonicus ^{4. Super quodam.} regularis si in mortis articulo à priore suo communitus proprium, quod latenter habebat, resignare noluerit, & sic diem extremum clauserit, christiana libitina priuator. Si inter fratres sepultus erit, & sine maximo scando fieri poterit, de ipsa ecclesia eiicitor, eliminator.

Nemo ergo monachorum proprium quoquo modo possideto. Si quis aliquid habet, habebit: actum totum resignato. Qui posthac proprietatem aliquam habere deprensus erit, regulari monitione præmissa de monasterio expellitor, néve ulterius, nisi secundum disciplinam monasticam pœnitueſſit, recipitor. Si apud aliquem in morte proprietas inuenta erit: cum eo in perditionis signum extra monasterium in sterquilino subterrator. Si cui quid specialiter destinatum erit: id ne accipito. abbatii, priori, cellarióve adsignator. Nemo porro monachorum lineis induſsiis vtitor. In oratorio, refectorio, dormitorio continuum, in claustro etiam certis horis, & locis consuetis silétiū seruator. In refectorio nullus omnino carne vescitor. Conuentus cum abate, pauculis ibi relictis, vt extra re-

De stat.mona.& cano.reg.

fectorum carnes edant, quibus etiam diebus id consuetum est fieri, ne exito. Extra refectorium quoque, nisi in infirmitorio, carnium usus ollis interdictus esto. Ipsi tamen abbatii ex indulgentia nunc hos nunc illos fratrum, prout necessitas postulabit, aduocare, ipsosque secum in coenaculo suo lautiis & pleniis exhibere liceto. Debiles autem & infirmi, qui minutiōne, medicināve indigebunt, omnes in infirmitorio necessaria sibi in carnibus, & aliis recipiūto. Si quis eorum debilis, delicatissime communib⁹ cibis contentus esse nequib⁹: huic sine aliorum scandalo prouidetur. Si abbas, priorve volet: cibum competentē ante se adferri iubeto. De hoc ipsi sym bolon pro sustentatione naturae facito. Ceterū ad agenda officii ministeria fideles & discreti deputantur. Nulli obedientia perpetuo possidenda committitor. Cum oportuerit, sine contradictione qualib⁹ amouetor, reuocator. Prior præ ceteris secundum abbatem in opere & sermone potens esto. zelum religionis habens delinquentes conripito, castigato, obedientes fuetō, confortato. Abbatii omnes in omnibus reuerenter obediunt, parento. Is quanto frequenter possiet cum fratribus in conuentu esto. omnia diligenter curato. Si prævaricator, ordinis contemptor, neglegensve erit: officio exauthorator, aliove modo secundum regulam castigator. Super habenda proprietate castitatisve custodia nec ipse, nec pontifex summus monachū legibus soluito.

7. In sin-
gulis.

Hec ut omnia plenissimè obseruentur, in sin-

gulis regnis, prouincisve de trienno in trienniū
 diœcesanorum pontificum iure saluo, abba-
 tum, & priorum proprios abbates nō habentiū,
 etiam qui tale capitulum celebrare non cōsues-
 fint, commune capitulū celebrator. Ad id vni-
 uersi canonicam præpeditionem non habentes
 apud vnum ex monasteriis ad hoc aptum con-
 tenuiunto. Nullus eorum plus quām senas eue-
 ctiones & octo viros secum adducito. In his no-
 uitatis primordiis duos Cisterciensis ordinis vi-
 cinos abbates ad cōsilium & auxilium sibi præ-
 standum ciento, aduocāto. Hi duos sibi de ipsis
 quos expedire viderint absque contradictione
 adsociāto, hi quatuor vniuerso capitulo presun-
 to. Nullam tamen ex hoc sibi autoritatē præla-
 tionis adsumūto. hos, cū expedit, prouida de-
 liberatione mutare liceto. Hoc capitulum certis
 aliquot diebus iuxta Cisterciensis ordinis morē
 continuè celebrator. In eo de ordine, reforma-
 tione, & regulari obseruantia diligenter tracta-
 tor. Quod his quatuor adprobantibus scitum
 erit inuiolabiliter obseruator. Excusatio, cōtra-
 dictio, prouocatio ne esto. Vbi sequenti anno
 debet capitulū celebrari, prouidetor. Qui cō-
 uenerint communem vitam ducūto. Simul om-
 neis æqua lance cōmuneis expensas faciunto. Si
 non omneis in eisdē possident, saltē plureis simul
 in diuersis domub' cōmorātor. In capitulo cir-
 cūspectæ & religiosæ personæ, quæ singulas eius
 dē regni prouiciēve monachorū & monialiū ab
 batias secūdū formā sibi præfixā apost. auth. vi-
 fitēt, ordinātor. Hi quæ huius remedio indigere

De stat.mona.& cano.regul.

nancti erunt conrigunto, reformanto. Si rectorem loci ab administratione repellendum existimauerint: episcopo proprio, id ut faciat, denuncianto. Si negleget: visitatores ad apo. sedis examen istuc referunto. hoc ipsum & regulareis canonici secundum ordinem suum obseruant. Si quid in hac nouitate difficultatis emerferit: quod eadem personæ expedire nequibunt ad apo. sedē absque scandalō refertor. Cætera, quæ concordi deliberatione prouisa erunt, seruātor. Diccesani episcopi monasteria sibi subiecta diligenter reformanto. Ne quid visitatores hi cōrectione dignum inueniant, præcauento. néve monasteria ipsa indebitis oneribus grauanto. Tam olli, quām capitulorum præsides aduocatos, patronos, vicedominos, rectores, & cōsules, magnates, & milites, seu quoslibet alios, ne monasteria in personis rebūsve offendant, per cen. ecclesiasticam adpellatione postposita compeſcunto. Si offenderint: eosdem ad satisfaciūdum compellunto.

3. Ea qua Porrò cum visitatores hi ad visitationis officium exequendum procedent, de statu monachorum, & obseruantia regulari diligenter anquirunto. Tam in spiritualibus, quām temporaliibus quæ conrigunda viderint conrigunto, reformanto. Monachos tamen delinquentes per abbatem loci conrigi, ollisque pœnitentiam indici iuxta Benedicti regulam, & apostolica instituta faciunto. Quos contumaces & rebelles inuenerint iidem vice apostolica pro modo colpæ absque prosopoplygia regulari censura percellunto.

celluto. Rebellibus ob eorum pertinaciam, amicorumve potentiam ne ignoscunto. ouem morbidam , ne sanas inficiat , ab ouili eiiciunto. Abbates , si in conrigundis iuxta visitatorum mandatum & regularia instituta seipsis monachisve neglegentes inuenti fuerint, proclaman- tor, conripiuntor , in generali capitulo publicè puniuntor, poena ipsorum aliis paradigmata esto. Itaque non exemptum abbatem si æquo remis- sio rem inuenient : actutum dicæcesano renun- cianto. Olli ab eodem fidelis & prouidus coad- iutor ad capitulum vsque dator. Sin dilapidato- rem, vel alias merito amouendum inuenient: per dicæcesanum, postquam hoc sibi à visitato- ribus fuerit nūciatum , sine strepitu iudiciorum ab abbatiae regimine amouetor. Idone⁹ interim administrator qui temporalia curet, donec alter suffectus sit, prouidetur. hoc si dicæcesanus ad- implere nolet, aut negleget: visitatores , capitu- lōve præsidentes defectum eius ad apo . sedem referre ne differunto . hæc eadem circa exem- ptos abbates obseruantor. Exauthoratio tamen apo. sedi reseruata esto. Suspenso interim abba- te administrator, vt mox dictum est, deputator. Illorum excessus, aliáve quæ iudicanda erūt ca- pitulo præsidentes per fideles nuncios Archi- flaminī Romano nuncianto. Ollis de commu- ni abbatum conlatione pro cuiuslibet facultate sufficietes expensæ ministrantor. Proxumi vi- sitatores præcedentium vestigia diligenter per- quirunto. eorum neglegentias, colpásve, vt de- bitam poenam luant, sequenti capitulo referun-

De sta.mona.& can.reg.

to . Idem de abbatibus capitulo præsidentibus obseruator . Abbates, monachivे nullo in monasterio clericos seculareis ad præbenda recipiunto . Si qui iam recepti sient: locum , vocem in capitulo , refectorio , dormitorio , clauistro ne vendicanto . Monachorum cœtibus importunè ne se immiscento . concessis sibi beneficiis contenti sunt . honestè conuersantur . In monasteriis opportuna obsequia fideliter impēdunt . nihil porrò spiritualium aut temporalium in eisdem exigunto , usurpant . Si qui talium à visitatoribus fontes reperientur : in non exemptis à dicēsanō , in exemptis ab ipsis visitatoribus , capitulōve præsidentibus beneficiis iisdem priuanto . Hęc omnia etiam in monasteriis abbates non habentibus , sed priores , necnon in monialium , quoad capita abbatissis & monalibus congruentia , custodiuntur .

1. Theo-
dosius.

Dicēsanī autem , de quibus mox dīctū est , corūmve presbyteri monasteriis præter diligentiam disciplinæ ne quid molestiæ inferunt , néve quod illic pro diuersorum deuotione conlatum siet vendicanto . quicquid à fidelibus taliter offerri continget ibidem seruientibus proficito .

3. Recolen-
tes.

Cisterciensis tamen ordinis religiosi villas , ecclesias , altaria ne possident , néve fidelitates , & hominia , quæ vocant , iusticiarias , tributarias suscipiunto , tenento . Quæ domus à prima sui origine in ipso ordine fundatæ sunt , constitutis terminis contentæ sunt . ad communia aliorum monasteriorum iura ne diuortun-

to . alioquin communi cum eis iure censentor . Quæ domus de aliis institutionibus ad eorum ordinem se transtulerint eorum vsubus & religione se transformanto, coaptanto, quas possesiones eorum institutio non recepsit, vel relinquento, vel mutanto.

Monachi autem ad ecclesiarum parochialium ^{s. Quod} regimen rectè ordinantor . Canonici verò re- ^{dei timor} gulareis, qui tametsi ad monachos accedant proxumè, regulæ tamen inferuiunt laxiori, si ad plebis curam postulabuntur, & ab episcopo ministrare permittentur, rectè plebani officium exercento . Tamen, si commodè poterit, qui id exercebit vnum canonicum regularem secum habeto . huius in iis quæ dei sunt & regularis obseruantiae consortio & solatio perficitur .

De Religiosis domibus, ut episcopo sient subiectæ.

Tit. 36.

ECCL^ESIA in diœcesi episcopi sita olli ^{t. Confia} quoad episcopalia(ni ea legitimè remissa estutus, se pareat)respondeto . In qua remissione facienda episcopus censum sibi retinere valeto .

Basilica autem noua dedicanda si erit : sub ^{t. Nunc} eius ciuitatis episcopo antehac loci incolæ ^{autem} baptisati consignative sient, disquiritor . Is consecrato . Hæc terminis aut locis ne diffinjuntor .

S ii

De relig. dom. vt episc. sient subie.

3. De xenodochiis. Sed & xenodochia , aliáve pia loca episcoporum sollicitudine, quorum in diœcesi erunt, ad eos vſus , queis ea destinata sient , ordinantor .

4. Ad hac. Sicut enim ecclesiastica vasa, sic & loc⁹ ad hospitalitatis vſum, & pauperum prouisionē pontificis authoritate dicatus humanis vsubus ne deputantor .

7. Cum venerabilis. In summa episcopus quoad spiritualia & temporalia petens ecclesiam eo ipso quod eam in diœcesi sua esse probat (ni exempta probetur) in spiritualibus obtineto . at in temporalibus, si non aliter de iure suo docuerit, succumbito .

2. Quia monasterium. Immo vnità à Ro. pontifice vnius diœcessis ecclesiæ alterius diœcessis ecclesia , diœcesano vnitæ ecclesiæ nihil iurisdictionis deperito , violator .

8. Cum dilectus. Denique etiam monasterium , ni probabitur exemptum episcopo diœcesano subiicitor .

5. Inter quatuor. Quæquidem monasteria quamdiu per regulares regi possident , ad seculares ne transfruntur . sin deficient : in eis seculares ordinari valento .

Nenimia. De cætero verò ne quis religionem nouam inuenito . Si quis ad religionem conuorti volt: vnam ex adprobatis adsumito . Qui de nouo religiosam domum fundare volet , ab iisdem adprobatis regulam & institutionem accipito . Sed nec quisquam diuersis in monasteriis locū monachalē habere præsumito, néve abbas vnuſ pluriſ monasteriis præsideto .

De Capellis Monachorum.

Titulus. 37.

SINGULI monachi in singulis eorum prioratibus, et si pluribus eorum facultates non subpetent, & literas apostolicas impetrassint, ni in eis Lateranensis concilii mentio facta siet, ne commorantur.

Quod si locorum dicæcesani quos monachos sibi lege dicæcesana subiectos in prioratibus solitarios habitare comperient: eorum abbates, prioræ, ut ipsos ad claustrum reuocet, & ipsis ecclesiis per clericos seculares deseruiri faciant, aliofve monachos ollis adscent, monitione præmissa per censuram ecclesiasticam compellunto.

In ecclesiis autem vbi monachi habitant plures per monachum ne regitor. Capellanus qui eam regat ab episcopo per monachorum consilium institutor, conlocator. Ex solius episcopi arbitrio tam ordinatio, quam depositio eius, & totius vitae conuersatio pendet.

Vice versa, nullum in vrbe monasterium titulo subiectum esto. Sic regulares secularibus subpositi ne sunt. Si quid tamen cuiusquam tituli archipresbyter in ecclesia quæ regularis fuerit in sua parochia sita legitimè prescribatur: hoc legitimè retinet. Eadem tamen ecclesia Romanæ ecclesiæ subdita si erit: nullum inde ipsis præiudicium esto.

Cui competit ius patronatus.

25. Nobis **S**i quis ecclesiam cum adsenſu dic̄cesani conſtruxerit: ex eo ius patronatus adquirito. Ceterū in conuentuali ecclesia electioni faciundā ne interefto. Iam factæ vt adſentiat̄, honestus eius consensuſ postulator. Si tamen de ſua iurisdictione obtinebit vt partes ſuas electioni tractandā interponat: hoc ratum eſto. In capella verò presbyter vnuſ à patrono elegitor. pro institutione habenda loci epifcopo præſentator.

*7. Ex lice
ris.* **Q**uod ſi quis villam à monaſterio cui ius pa-
tronatus in eiusdem villæ ecclesia competit ad
firmam tenebit: quem is ad ipsam eccleſiam va-
cantem præſentaffit, dum ne tamen ius pa-
tronatus in firma exceptum, nec antē præſenta-
tionem lis inter monaſterium & ipsum de iure
patronatus orta ſiet, ſi idoneus erit, & ab epi-
ſcopo receptus, eccleſiam obtineto. Si verò
poſtea lis erit, & monaſterium obtinebit: illi de
tempoalibus respondetō.

*18. Signi-
ficasti.* **I**tem epifcopi ſi poſt promotionem ſuam
præſentationes personarum ad eccleſias à pa-
tronis earum pro eccleſiis ſibi commiſſis inde-
pti ſient: quas perſonas ad eas ſic vacantes præ-
ſentaffint, ſi idoneæ erunt, admittuntor.

*19. Conſul-
tationib⁹.* **S**ed & ſi quis clericus ab ordinario institutus
erit ad eius præſentationem qui tantūm patro-

nus esse creditus siet : si tamen etiam præsentationis tempore ius patronatus possederit , etsi post aliis iudicio id euicerit , ab ecclesia ne remouetur . Nullum tamen ex hoc ei qui de iure habere debebit præiudicium generator . At si non possederit , sed tantum falso patronus creditus siet : sic institutum remouere liceto .

Quod ius habeat patronus.

IN quibus ecclesiis quis ius patronatus habet , hæ sine eius ad sensu ne occupantur . per ^{14. Ex in-} ^{situacione} cum liberè ordinantur .

Sed etsi parochialium ecclesiarum rectores ^{10. Post laeti.} ad earundem titulos quosdam ordinandos præsentassint : ni de patronorum id processerit ad sensu , nullum ollis , quominus ad eas , cùm vabant , alios præsentare valeant , præiudicium generator .

Fundatoribus quoque pro fundatione ecclesiæ processionis honor seruator . Si ad ino- ^{25. θεμα. si.} piam vergent : ollis ab ecclesia modestè suc- curritor .

Ecclesiæ tamen ne grauanto . Fodrum , al- ^{23. Preter ea. ij.} bergarias , regium , & similia quæ vocant tan- quam à propriis rusticis ab ecclesiis ne extorquentio . Nihil in his præter antiquos & moderatos reditus à locorum episcopis institutos exigunt . Si aliud exegerint : excommunicationi

CAT De Iure patronat.

subduntor.

21. Sed nec laici ecclesiis possessionibus spoliatio
BEPUX. Episcopi hoc sub anathematis interminatio
Ad hoc. ne publicè prohibento. Si quis contemnet: eum
excommunicationi subdunto.

13. Cum se culum. Immo nec Hospitalarii, cum ratione feudorum emptorum, aliterve adquisitorum, seu alio modo in ecclesiis parochialibus ius patronatus indepi erunt, episcopo ius parochiale minuunto.

9. Querit. Præterea nec ad singulas patronorum secundum humanam conditionem mutationes ecclesiarum ordinationes mutantur. Vicissitudines earum ab aduocatis aliisve ne præsumuntur.

4. Preterea ea. 1. Insuper laici episcoporum autoritate neglegta clericos in ecclesiis ne instituto, néve cùm voluerint remouento. Possessionem, & alia ecclesiastica bona pro sua voluntate ne distribuunto. Qui faxint anathemate feriuntur. Clericus si per laicos sine proprii episcopi autoritate ecclesiam recepsit communione priuator. Si perfliterit: à ministerio ecclesiastico, & ordine deponitor.

21. Relatiū in prin. Nemo enim laicæ recognitionis occasione, non requisita episcopi audience, beneficia ecclesiastica sibi vēdicato, pastoris nomine & prerogatiua ne gaudeto. Ni commonitus resignabit: si non episcopi concessione munitus siet, ab officio & beneficio alienus redditor.

Lib. III. Tit. XXXVIII. 141

An variare possit, & quando.

CVm aduocatus episcopo idoneum clericum ^{24. Cum autem.} præsentassit, si postmodum eo non refutato alium æquè idoneum in eadem ecclesia postulabit admitti, dum tamen laicus siet cui ius præsentandi competit, quis eorum alteri præfatur iudicio episcopi relinquitor. At si conlegiū, ecclesiasticāve persona præsentationem habebit: qui tempore prior erit iure potior esto.

Et si is, qui primū à laico patrono præsens ^{29. Pastro-ralis.} tatus siet, non admissus apostolicā sedē appellavit: qui tamē post ab eodē patrono præsens tatus ab episcopo institut^o erit, hic potior esto. At episcopus si quem præsentatum idoneū admittere maliciosè recusassit: eidem in competenti beneficio prouidere cogitor.

Si ergo à laico patrono clericus licet idoneus ^{5. Quod autem. in prin.} ad vacantem ecclesiam præsentatus ab episcopo diœcesano admissus nō erit, & postmodum ^{prin.} alius idoneus præsentatus & institutus ab episcopo possessionem tenebit corporalem: huius melior conditio esto. Sic antequam per diœcesanum episcopum præsentatio adprobetur quod à patrono inchoatum siet ratum ne esto.

Laici autem clericos in ecclesiis in quies ius ^{10. Cum laici.} habent patronatus præsumptione propria ne ordinanto, néve nescientibus aut nō consentientibus episcopis eas clericis concedunto. Et si faxint, post autem pœnitentia ducti alios ad eas repræsentassint: horum, cùm in ipsis ecclesiis ad patronorum præsentationem ab episcopis

De iure patro.

instituti erunt, institutio rata esto.

31. *Transf-
missa.* Sic capitulum quoque ecclesiæ si cui ecclæ-
siam, in qua ius habeat patronatus, contulerit,
cùm id non possit, deinde alium ad eaudem
præsentassit, et si prior ille adpellassit, præsenta-
tum, si idoneus erit, in ipsa ecclesia, episcopo in-
stituere liceto. hic potior esto.

32. *Cū di-
lectus.* Sic laicus patronus clericusve tanquam laicus
si quem episcopo præsentassit ad ecclesiæ in
qua ius patronatus habeat, nec ille fuerit admis-
sus, alter autem quem præsentabit institutus
erit: hic ius indeptus esto. Sin legatus primò va-
caturum beneficium in certæ ecclesiastice per-
sonæ territorio donationi suæ reseruassit: is, cui
mandatum tanquam clericu factum erit, pare-
to. Si quem præsentassit: dum reseruationi satis-
factum non erit, inrita præsentatio esto. Man-
dato autem postea expleto si ad eius præsenta-
tionem idem beneficium cuiquam ab episcopo
concessum erit: priori præsentatione non obstat
te eius concessio canonica esto.

Quid si dijideant patroni.

33. *Perla-
sum.* Ecclesia inter hæredes patroni ne herci-
scitor. Si simultates inter eos surrexit, pro-
pter quas sacerdos suo ibi officio fungi ne-
queat, nec aliter potis erit prouiderier: episco-
pus, vt, donec ad concordiam redeant, & ec-
clesia sacerdotem canonicè habeat, qui liberè
suum ministerium exercere possiet, nullo mo-
do ibidem sacrificium offeratur, præcipito.

Patroni itaque si pro ecclesia dissidebunt, & 2. Quæc:
eam sub vno presbytero procurari nolent : epi- cunque.
scopus, si non aliter ipsi consulere poterit, inde
reliquias tollito . eiusdem ecclesiæ ostia claudito.
Sic sacrum mysterium, antequam presbyterum
vnum idoneum elegerint, nullus in ea ce-
lebrato.

Hoc etiam, cùm propter laicorum discordias 27. Cam-
de iure patronatus cōtendentium quæstio emer- propter.
serit, remedium esto. Ni hæc ab eo, cui compe-
tet, intra menses quatuor definita erit, mox epi-
scopus ecclesiam ipsam de persona idonea or-
dinato. Ei tamen qui subinde ius patronatus eui
cerit sine fraude esto.

Idcirco fundatores ecclesiarum hæredesve 3. Quæniae
eorum potestate, in qua eos ecclesia hactenus
sustinuit, ne abutuntor ad ecclesiam vnam plu-
res pro sua defensione ne repræsentanto . hæc
vnius rectoris esto. Si in plures partes eorum se
vota diuiserint: regulariter qui maioribus iuu-
abitur meritis, & plurimorum elegetur & adpro-
babitur adsensu, is ecclesiæ præfector . Si sine
scandalo id esse nequibit: antistes, si cut secun-
dum deum viderit, ecclesiam ordinato . Idip-
sum, si de iure patronatus inter aliquos quæstio
emerserit , nec , cui competit, intra quatuor
menses, vt prædictum est, definitum siet, faci-
to.

Hodie autem illas ecclesias, de quarum patro- 22. Eäte.
natu controversia erit , si non intra sex menses
postquam vacassint ea terminata fuerit, de per-
sona idonea episcopi licite ordinanto.

De iu. patro.

12. *Si vero* In summa: si ordinatio alicuius ecclesiae pro controuersia laicorum de iure patronatus inter se disceptantium prorogabitur: is, ad cuius institutionem ea spectabit, in ea personam idoneam instituto. haec tamen ab eo, qui ius euicerit patronatus, representator.

*Quibus modis amittatur, transferaturve
ius patronatus.*

6. *Quia clericis.* Clerici aduocatias ecclesiarum, ut post eorum cognati nepotesve ad ipsas ecclesias presententur, ne comparanto, neve acquiruntur. Si faxint: sic adquisitis aduocationibus adpellatione postposita spoliantur.

15. *Consuluit.* Sanctuarium enim dei hereditario iure ne possidetur. vnde clerici ecclesias a parentibus suis fundatas propria authoritate ne detinento, neve laicis filiis eas concedunto.

16. *Per nos fratras.* Sed nec scipsum quis ecclesiasticæ prælatonis officiis ingerito. Idcirco clericus patronus ad ecclesiam vacantem, eiusve personatum, in qua ius obtinebit patronatus, quantumcumque idoneus sit, & quibuscumque studiis ac meritis adiuuabitur, se presentare ne permittitor.

16. *De iure.* Insuper ius patronatus quod spirituali adnexum est ne venditor. Si quis comparassit: contractus inritus esto.

23. *Praeterea. ii.* Generaliter autem aduocati ecclesiarum, siue patroni, vicedomi, custodesve, seu quocunq; nomine censeantur, ius ipsum aduocationis donationis, emptionisve titulo aut aliis pro sua vo-

Iunctate contractibus in alios ne transferunto.
Si faxint, facient: contractus huiusmodi sine vi-
ribus sunt.

Laici religioso loco ius patronatus conferun- ^{8. Illud.}
di liberam potestatem habento. At non vacan-
tem tamen ecclesiam, seu ius patronatus quod
habent episcopo inconsulto etiam religiosæ do-
muni ne danto. Et si faxint: si post, cum vacabit,
ad præsentationē laici clericus ibi erit per dic-
cesanum episcopum institutus, prior concessio
secundæ institutioni, quominus rata siet, impe-
dimento ne esto. At si ius patronatus ecclesia
vacante religioso loco conlatus erit: nemo sine
præsentatione fratribus eiusdem loci in ea insti-
tutor, alioquin institutio inritator.

Nemo igitur religiosus clericisve ecclesiis ^{II. Cura.}
ex donatione laicorum, nisi dicæsanī episcopi
authoritas & consensus aderit, vendicato. Ne-
mo taliter adquisitas, ni legitima præscriptione
munitus siet, dicæsanī episcopi consensum
post haberit, retinet. Laicis in alios ius tātūm
quod habent transferre liceto.

Vnde si laici clericis conlegiisve donationum ^{5. Quod}
seu concessionum instrumēta confecerint, qui- ^{autem in}
bus ecclesiam duisse concessisve contineatur: ^{2. parte.}
si non consensus episcopi accesserit, nihil agi
intellegitor, pro non dato habetur.

Et ita in donationibus ecclesiarum patrono- ^{20. Sugge}
rum quidem consensus requiritor, exspectator, ^{stum.}
at ecclesiæ tamen sine pontificali authoritate
ne conceduntur. Si factum siet, & posterior alia
concessio cum adsensu patroni & authoritate

De cens. exact. & proc.

dicecesani episcopi facta proferetur; ni priori po-
stea cōsensus episcopi acceſſerit; hēc p̄fertor.

*37. Nul-
lus laicus* Nullus enim laicus decumas, ecclesiā, aliūdve
ecclesiastici iuris sine concesſione ſui pontifi-
cis monaſteriis canoniciſve conferto. Si quis ta-
men epifcopus improbitate, auaritiaeve cauſa
conſentire nolet: Romano pontifici nunciator.
quod offerendum erit tunc eius licentia offer-
tor.

De Censibus, exactionibus, & procu- rationibus. Tit. 39

De censibus.

*2. Omnis
anima.*

OMNIS anima ſublimiorib⁹ potestatibus ſub-
ditā eſto. Tributa autem ſubiectionis huic ſu-
modi probatio funto.

*3. Perue-
nit.*

Nullus tamē ignoratiæ census eſto. Omnis cē-
fus ad quid & quādo perſolui debeat p̄fſcitor.

3. Scientes

Vnde eccliarum p̄lati nouos iſpis census,
& qui non ab initio fuerint, labentibus tempo-
ralibus ne indicunto.

*7. Prohi-
bemus.*

Itaque abbates, epifcopi, aliisve p̄lati nec no-
uos census eccliasis imponunto, nec veteres au-
gento, aut partem prouentuum ſuis viſibus ad-
proprianto, & ita maiores quam ſibi libertatem
conſeruare deſiderant minoribus ſuis syncera
voluntate conſeruant. Si quis aliter faxit: inri-
tum quod egerit habetor.

*35. Gra-
gis.*

Sed & cæteræ eccliaſtice personæ ſiue nouū
censum eccliasis imponi, ſiue veterem augeri
faxint, & à presbytero electo iuratorium aut fi-
deiūſſoriam cautionem hactenus exegerint, hēc

reuocant. Episcopi presbyteros qui super hoc
inlicitè iurassint congrua satisfactione imposta
absolui faciunto. Eos autem qui de cætero hæc
faxint canonice puniunto.

Idcirco nemo monachis à quibus ad alicuius ^{13. Significauit.}
ecclesiæ regimen electus siet censum etiā quem
decessor eius soluerit, nisi authoritate episcopi
& nō de nouo impositus siet, promittito, solui-
to. At si quis soluere huiusmodi cēsum iurassit:
monachi ipsum à iuramēto absoluere cogūtor.

Quod si qui cum religiosis conludentes sic si ^{11. Cum clericis.}
ne episcopi authoritate censuales ollis ecclesiæ,
quas tenebunt, constituerint, vt eadem ad mo-
nachorum ipsorum representationem ad cleri-
corum ipsorum filios nepotēsve transferantur:
ab iisdem ecclesiis amouentor.

In summa, si qui clerici episcopo ignorante pro- ^{8. Præ-}
pria authoritate pēsionem annuam de ecclesiis ^{terea.}
soluerint, recepsintve: cū defuncti fuerint si nō
pontificis, qui de iure possiet, authoritas & con-
fensus super hoc interuenerit, in receptione
eius ne audiuntor. Simplicibus sacerdotibus, cle-
ricisue ecclesiæ quibus præsunt propria autho-
ritate, præsertim post decepsum suum, censuales
efficere ne liceto.

Sed & quam pecuniam pro ecclesiæ suæ pen- ^{26. Cū cœ-}
sione rite debitam rector aliquot annis persol- ^{nonicis.}
uerit, hanc tantum, eiūsve æstimationem, si in
vſu esse desierit, exigitor.

Et ita clerici episcopis suis pro synodatico ^{20. Olimq.}
censum ad formam antiquam soluunto. Quod
si qua moneta olim solui consueta probabitur:

De cens. exac. & proc.

etsi post alia recepta siet , dum tamen episcopus ius suum protestatus , nec quadraginta annorum tempus effluxum siet , prioris monetæ solutio eiūsve estimatio rectè petitor.

18. Ex parte.

Item qui antiqua vota persoluent , ad quam mensuram habitatores regionis ipsius ea continuè persoluerint , si vna & eadem erit , ad eandem persoluunto . Sin variæ & diuersæ : qui ad minorem soluere volent ad maiorem soluere ne coguntor . Sic vota , cùm ab initio gratuita fuerint , ecclesiastici viri benignius exigunt , tanquam exactores temporalibus lucris ne inhian-
to.

De exactionibus.

10. Inno-
natus.

N Emo cuiquam nouas pedagiorum , quæ vo-
cant , exactiones sine authoritate & consen-
su regū & principum quoquomodo statuit .
Qui contrà faxit , ni commonitus desistet , do-
nec satisfaciat christiana communione careto .

6. Cū apo-
stolus
8. pœ.
Prohibe-
tus.

Episcopi quoque subditos suos exactionibus ne grauanto . Si quæ tamen necessitates superuenient , & manifesta ac rationabilis causa erit : cum charitate moderatum ab eis subsidium postulare permittuntur . Archidiaconi verò de-
canive nullas regulariter exactiones in presby-
teros seu clericos exercento .

11. Ea qua

Archidiaconi , cùm propter beati Petri visita-
tionem denariorum conlectam per archidiaco-
natus suos facient , ecclesiásve ne gra-
uanto , ne quid ultra modum exigunt . Si secus
præsumplint : & quod habere videntur ab eis
aufertor .

aufertor.

Immo episcopi ecclesiis, quas è manu laico-^{9. Ecclesias.}
rum de nouo eripuerint, præter cathedralicū,
& omnia iura quæ aliis ecclesiis imponuntur,
exactionem ne imponunto.

Sed & certæ res & personæ ab exactionibus ^{1. Sanc-}
immuneis sunt. Vnicuique enim ecclesiæ iu-^{tum est:}
gerum vnum integrum & illud immune ab om-
ni seruitio tribuitor. De hoc, item de decumis,
fidelium cōlationibus, dōmibus, areis, hortisve
iuxta ecclesiam positis presbyteri in eis consti-
tuti præter ecclesiasticum seruitium ne quod fa-
ciunto. Si quid amplius habuerint: inde domi-
nis debitum seruitium impendunto.

Itē cæcos ad conlectas inter alios cogi episco-^{4. Licit:}
pi ne sinunto. quin potius eorum, si necessum
erit, ex ipsis conlectis miserentor.

De procurationibus.

OMnes ecclesiæ legatis & sedis apostolicæ <sup>17. Cum
instantia:
in princ.</sup>
nunciis procurationes impendunto. Nul-
la, nisi quæ se speciali priuilegio sedis eiusdem
munitam esse ostenderit, ab earum præstatione
excusator. Et si quæ longissimo tempore pro-
curationis obsequium non impenderit: nullus
præscriptioni locus esto.

Sanè in iis exigundis nulla ecclesia nullusve ^{De ux:}
prælatus indebet prægrauator. Si qui de cōmu- ^{Sanè.}
ni conlecta eorumdem legatorum & nunciorū
apo. sedis expensas facere volent: liceto. At nul-
lum inde apo. sedi, quominus à quocunque

T

De cens. exact. & proc.

mauolent procurationes sibi debitas postulent;
vt nec exacto si vltra suam grauatus fuerit facul-
tatem quominus ab aliis repeatat, præiudicium
generator. Nunciis autem eiusdem sedis quis-
quis requisitus erit in necessariis exhibendis pa-
reto. In fraudem ne quid adtentator, néve per
communeis ministros procurationis officium
inuiti recipere coguntor. ollis si qui contuma-
citer restiterint: ecclesiastica districione com-
pelluntor.

25. Cum
nuper.

Archiepiscopo quoque, siue authoritate pro-
pria, siue apostolica prouinciam suam visitabit,
iuxta facultates ecclesiarū procurationes visi-
tationis ratione debitæ exhibentor. Si qui recu-
fabunt: quæ sententia in rebelles recte lata erit
seruator.

22. Super
eo.

Si quas autē ecclesiās de nouo ad iurisdictionē
suam cōuersas habebit: haec in procurationibus
ipſi visitanti tribuundis, aliisq; obsequiis quod
in vicinis prouinciis seruabitur obſeruant.

14. Sopite

Archiepiscopo autem prouinciam suam visi-
tanti & quæ in ea sunt monasteria procuratio-
nen secundūm facultates suas exhibento.

19. Cum
vlim.

Sed & episcopo abbas pro ecclesiis ad mona-
steria sua pertinentibus, episcopo inquam in cu-
iis diœcesi erunt, tam de quarta decumarum,
quam cæteris episcopalibus iuribus respōdet.

Ad eorum & procurationum præstationē in
ipsis ecclesiis sine deductione obnoxius esto. Et
si quæ compositio cum episcopo facta à mona-
sterio erit quæ deductionem concedet: ni eam
abbas adprobassit, nullum ex eo quod impu-

gnasit beneficium consequitor.

Deniq; monasteriorum etiam quæ intra ciuitatem sunt abbates, tametsi aliquandiu factum non erit, episcopum visitantem procurare, nisi quid aliud rationabiliter ostendent, coguntor.

Cæterum ille ecclesiæ iurisdictioni suæ subiectæ causa correctionis bis in anno visitato. ^{24. Venerabilis.} Mo deratæ ab eis procreatione recipito. Et si quib; certus cœsus annuus impositus erit, promissum quod ne quod nouum seruitiū imponatur: hoc ad procreatione ne extēditor. hæc ecclesiæ de iure communi ab ipsa fundatione imposita esto.

Hæc licet vera sient, prælati tamen in procreationibus graues ne sunt. Ne longi temporis ^{postolus.} in princi. viëtum hora breui consumi faciant, vidento. Archiepiscopi prouincias visitantes pro diuersitate prouinciarum & facultatibus ecclesiæ quadragesima quinquaginta evectionum numerum, episcopi viginti aut triginta, cardinales viginti quinque nunquam excedunto. Archidiaconi quinque vel septem, decani sub episcopis constituti duobus equis contenti sunt. Cū canibus venatoriis & auibus ne proficiscuntur. Non sua sed quæ Christi sunt, néve sumptuosas epulas querunt. Quod honestè & competenter ipsis ministratum fuerit cum gratiarum actione recipiunto.

Hic evectionum numerus tantum in quibus ^{theta} locis ampliores reditus & ecclesiasticæ facultates erunt seruator. In pauperioribus autem hæc mensura seruator. Ex accessu maiorum minores ne grauantor. Qui paucioribus equis hactenus

De cens. exact. & proc.

vt consuerint pluribus ne vtuntor.

23. *Procus rationes.* Sed nec episcopi, archidiaconi, aliisve quilibet quibus id debetur etiam apostolicæ sedis legati seu nuncii procurations, nisi quando persona- liter visitabunt, absque manifesta & necessaria causa exiguto. Statutum personarum & euectio- num cum visitabunt modum seruanto. Legati & nuncii sedis apo. si quando eos apud aliquem locum moram facere necessum erit, huc ne gra- uato, procurations ab aliis ecclesiis personisve quæ nondum procurationibus eorum grauatæ sient moderatè recipiunto. procurationum nu- merus numerum dierū quibus huiusmodi mo- ram faxint ne excedito. Si quæ per seipsum non sufficiet duæ plureisve in vnam coguntor. Qui visitationis officium exercebunt prædicationi, cohortationi, conrectioni, & reformationi va- canto, quæ sua sunt ne querun- to. Qui contra- uenerit quod accepit reddito. ecclesiæ quam grauassit tantudem impendito,

27. *Auctoritate.* Item à monasteriis ob id quod in villis eorum oratoria erunt in quibus interdum monachi ce- lebrant procurations ratione visitationis ne- mo ideo exigito, extorqueto.

16. *Quamto.* Si quæ ecclesia alterius ecclesiæ ministris ex fundatoris tantum voluntate, cum nihil ab ea teneat, annuam procurationē debet: cu postea ecclesiæ cui procuratio debet: ministrorum numerus creuerit, ni debituris ecclesiæ facultates etiam creuerint, ut sine grauamine omnibus ea prestare possint, hi, ne ultra primā mensurā in ea obligati sient, recte postulanto.

De consecratione ecclesiae vel alta-
ris. Tit. 40.

ECclesia, nisi de dote prouisum ei fuerit, ne ^{g. Cum si-}
consecrator. Qui eam fundassit, si & eam ^{cum} ^{cut.}
consecrari faxit, ad eam dotandam ex debito te-
netor.

Quod si ecclesia non consecrata cuiuscunq;^{10. Si ec-}
seminis sanguinisve effusione polluta erit: aqua
protenus exorcizata lauator, & ita diuinæ lau-
dis organa ne suspenduntur. At quām citius po-
tis erit consecrator.

Aqua autem huiusmodi per episcopum be- ^{9. Aquæ.}
nedita, & cum ea per alium, modo episcopum,
rectè ecclesia reconciliator. At simplices facer-
dotes hoc, cum ordinis episcopalis sit, et si epi-
scopus ollis demandassis, consuetudōve erit, ne
faciunto.

Ecclesia ergo per hominum contentiones & ^{4. Propo-}
rixas polluta si erit, ipsa tamen si & eadem & al- ^{suiti.}
tare manebunt, per aquam cum cinere & vino
benedictam rectè reconciliator.

Cùm enim ecclesiæ parietes in sua integrita- ^{6. Lignis;}
te manebūt, & altaris tabula mota enormiter ve
læsa non erit, eius etiam ligneis ædificiis casu cō-
sumptis, ipsa & altare propterea denuo ne con-
secrantur.

Quod si altare motum lapisve suppositus qui ^{1. Ad}
sigillum continet cōfractus seu diminutus erit:^{hac.}
de integro consecrator. At ecclesiæ consecratio
eius ergo ne repetitor.

Altare autem in quo tabula pontificali mini- ; ^{2. Quod in}
T iii ^{dubius.}

De cel.miss.& sac.euc.&c.

sterio consecrata siet ita demum si mota enor-
miter ve friata erit cōsecrator. Porrò oleum non
cōsecratum consecrato oleo recte cōmiseretur.

5. Cum sis. Sed & plura altaria in vna ecclesia & plureis
simul episcopos consecrare fas esto.

2. Tua. Item episcopis in diœcesibus suis tam domi-
nicis quam priuatis diebus dedicationem ecclæ
suis impendere liceto.

7. Confir-
misti. In quibus autem cœmeteriis excommunicata-
torum corpora inhumari continget, hæc aquæ
aspersione solenniter benedictæ, sicut in dedi-
cationibus ecclesiæ fieri consuevit, lustran-
tor, reconciliator.

De celebratione missarum, & sacramento Eucharistie, & diuinis officiis. Tit. 41.

De celebratione Missarum.

6. Cū mar-
thæ.
in prin. Omnes eā formā canonis, qua ecclesia in cor-
poris Christi sacrificio vtitur, seruanto.
hæc apostolos à Christo, & ab ipsis eorū succe-
sores accepisse, licet quædam in eo sient quæ in
euangelico textu non leguntur, credunto. San-
guis Christi noui ac æterni testamenti, id est no-
uæ siue ultimæ & æternæ promissionis confir-
mator esse intellegitor. In sacramento hoc visi-
bilis forma panis & vini, veritas carnis & san-
guinis, virtus quoque unitatis & charitatis, tria
hæc discreta accipiuntur.

7. De ho-
mine. Vnde qui pro sui criminis conscientia indi-
gnum se missæ celebrandæ existumabit ad id se
increuerenter ne ingerito. Si quæ tamen necel-

sitas erit ob quam missarum solemnia intermittere nequibit: fraudulenter celebrare ne præsumito, singito, néve cæteris circumstantiis peratēs verba quies corpus Christi conficitur subprimito. Si faxit: Deo cui inlūsit, & populo quē decep̄s̄it reus esto.

In eo autem sacruficio aqua cum vino in san- 6. *Be. με*
guinem commutari creditor. *quaſiuiſti*

Omnes enim de Christi latere sanguinem & 8. *In qua-*
quam veram exisse, ipsūmque verum Deum & *dam.*
hominē esse credunto. Nemo humorē aquati-
cum phlegmāvē fluxisse mentitor. Sic in Eucha-
ristiæ sacruficio aqua cum vino admiscetor.

Plus tamen vini quām aquæ in ipso sacruficio 13. *Perni-*
funditor. *ciosus.*

Nemo autem presbyter in pane fermentato, 14. *Lito-*
ſcyphōvē ligneo (etsi hostiam, calicēmve nō ras-
habebit) nemo sine igne, & aqua sacruficato.
Si quis sic ex aperta malicia, nimiāve socordia
peccassit: officio & beneficio perpetuò priuator

Ceterū sacerdos postquam totum accep̄s̄it 5. *Ex par-*
Eucharistiæ sacramentū, semper, nisi cū eadē te,
die missā aliā celebrare debebit, vino perfūdito

Excepto autē die natalis domini c̄i sacerdoti, 3. *Conſu-*
ni causa necessitatis suadebit, semel in die vni- *lūſiſt̄e.*
cam solummodo missam celebrare satis esto.

Episcopus quoq; die cœnæ domini in eccl- 12. *Tē re-*
fia sua duntaxat, in qua chrifma cōfici debet, mis- ferente.
ſarum solennia celebrato. Cuicunq; sacerdoti
quamuis dignitate p̄fūlgenti vnam, vt dictum
est, in die missam celebrare sufficito.

Ecclesiarum itaque prælati diligenter & pro 11. *Cum*
creaturā.
T. iiiii

De cele.miss.& Sac.euch.& diui.offi.

defunctorum anniuersariis, & profesto, feriáve,
quam vocant, secundùm temporis congruentia
missarum solennia conuentualiter celebranto.

2. *Quidā* Peculiareis verò missæ nisi suo tépore, nisive
quis ob reuerentiam sanctæ Triadis, non etiam
ex alia deuotione eas audire volet, ne celebra-
tor. Laici missam cantari sibi si volent: missas
eiusdem diei pro viuorum ac manium salute
audiunto.

4. *Consiliū* In diebus profestis cùm missarum solennia
in honorem magnæ matris ac virginis celebra-
buntur hymnus angelicus & symbolum ne de-
cantantor. tantùm in missa propria præfatio,
quam dicunt, decantator. Sic inter solennita-
tem & commemorationem discrimen ostendit-
tor. Sed & canticum Ambrosii & Augustini in
laudibus matutinis regulariùs omittitor.

6. *θεμα*. f. Cùm eum, pro quo in missa, vt eius animæ
prosit holocaustum, orari consueverit, beatum
esse constiterit, tunc, vt eius interuentione ea-
dem oratio precantibus conferat, postulator. Si
quis pro cœlicola orassit: quasi olli iniuriā faxit
habetor.

De sacramento Eucharistie.

10. *Sane*. **S**acerdotes Eucharistiā in loco singulari, mū-
do, & signato semper honorificè conlocatā
fideliter, ac religiosè adseruanto. Plebes suas, vt
in celebratione missarum cùm salutaris eleuatur
hostia se reuerenter inclinent, idémque faciant
cùm ad infirmum defertur, admonento. Hanc
in deceti habitu, mundo velamine superposito,

manifestè, & honestè, ante pectus, cum reue-
rentia, & metu diuini numinis ferunto, referun-
to. Semper lumen præcedito. Qui hæc trans-
gressi fuerint prælati grauiter puniunto. Ni fa-
xint: diuina his primùm, dein Archiflaminis
Romani vltio esto.

De Diuinis officiis.

ECCLESIA RVM prælati, ac minores cleri- ^{9. Dolētes}
ci diuinum officium nocturnum & diurnū,
quantūm eis deus duit, studiosè, ac deuotè cele-
branto. Noctes in comessationibus, fabulatio-
nibūsve inlicitis ne transfigunto, néve syncopa
continua matutinum transcurrunto. Missarum
solennia frequentiùs celebranto. ipsis intersun-
to. Dum celerabuntur in choro silentium a-
gunt. Aures intentas ad diuina porrigunto.
exteris laicorum conlocationibus ne intendun-
to. hæc sub pœna suspensionis vitanto.

Presbyter matutinali officio completo pen- ^{1. Presby-}
sum seruitutis suæ, id est, primam, tertiam, sex- ^{ter.}
tam, nonam, vesperāmque persoluito. he com-
petentibus horis, quatenus fieri poterit, ab eo
scholasticisve publicè complentor. horis pera-
etis, & infirmis visitatis, si volt, ad opus rurale
ieiunus exito. Sic iterum necessitatibus peregrini-
orum, & hospitum, infirmorum, & defunctorum
ad statutam vsque horam se reseruato. Se-
pties in die deo laudem dicito.

De Baptismo & eius effectu.
Titulus. 42.

3 Maiores **SACRAMENTVM** baptismi tam paruulis,
in prin. Squam adultis utiliter confertor. hoc sacramē-
to Christi sanguine rubricato colpā remitti, pe-
riculum vitari, & ad regnum cœlorum perue-
niri omnes credunto. *Quin* & paruulis fidem,
ac charitatem, aliisque virtutes, licet non con-
sentientibus, per virtutē baptismi infundi quoad
habitum, licet non quoad usum, donec ad æta-
tem adultam peruerent, dicere fas esto.

θεμα. Et originale quidem, cum absque consensu
Verum. contractum siet, etiam absque consensu per hu-
ius virtutem sacramenti recte relaxari intelle-
gitor. Actuale vero quod consensu contra-
hitur sine consensu non relaxari omnibus no-
tum esto.

θεμα. Adultis autem amentibus, & dormientibus
sed adhuc. nec originis quidem peccatum remitti existuma-
tor. nemo peccatorum nisi ex integro remis-
sionem sperato. baptismi tamen character his,
dum ne contrariæ voluntatis obicem nanctus
erit, ac etiam si qui facti ipsum suscepsint, im-
pressus esto. *Quod* si quis terroribus & suppli-
ciis violenter adtractus, ne detrimentum in-
currat, volens tamen baptismi sacramentum
suscepit: æquè Christiani impressum caracte-
rem habeto: ad observationem Christianæ fidei
recte cogitor. At si quis cum nunquam con-
fenserit penitus etiam cōtradixerit: ipius neque
rem, neque characterem sacramenti suscipito. Et

si dormientes , amentésve hi qui sic antè contradixerint immersi erunt: idem esto . Sin catechumeni ante propositū baptisandi habuerint: in necessitatis articulo rectè baptisantur.

Quòd si de quibus dubium erit an bapti- 2. *De qua
sati sient : his præfatis verbis rectè baptisan- bns.*

*tor. si BAPTISATVS ES: NON
TE REBAPTISO AT SI NON ES BA-
PTISATVS: EGO TE BAPTISO IN
NOMINE PATRIS, &c.*

In baptismo autem semper hæc , clemen- 5. *Non re
tum aquæ , & verbum necessariò adfunto . Si apponeres
quod eorum etiam ex necessitate deerit : etsi
saliua quis linitus siet , sine baptismo intel-
legitor .*

Vnde si quis puerum ter in aquam immer- 1. *Si quis.
serit in nomine patris & filii & spiritus san-
cti : ni hoc quoque dixerit , EGO BAPTI-
S O T E , baptisatus puer ne intellegitor .*

Cæterùm cum corpus exterius & cor in- 4. *Debitū
teriùs baptisabitur, vtrobique paternitas, vt ita
dicam , & filiatio adesto . his baptisans & ba-
ptisatus adinuicem referuntur . hos inter di-
scretio esto . Si quis tamen Iudæus inter Iu-
dæos in mortis articulo seipsum in aquam im-
mergens baptisassit , & actutum decesserit :
hunc propter sacramenti fidem ad patriam e-
uolasse creditor . Si conualescet : cum fidei
sacramentum non habeat , rectè denuo ba-
ptisator .*

Græci baptisatos à Latinis ne iterum bapti- 6. *Licer
santo, néve altaria in quib' Latini sacerdotes sa-*

De pres. non bapt. & de cust. &c.

crucifascint, quasi inquinata, lauanto. Si quis facit: excommunicatione percussus ab omni officio & beneficio ecclesiastico deponitor.

De presbytero non baptisato. Tit. 43.

2. *Apo-* **P**RESBYTERVM, si in sanctæ matris ecclesiasticam. fide, & nominis Christi exomologesi perseverans etiam sine baptismatis vnda obierit, ab originis peccato solutum, & cœlestis patriæ gaudium indeptum credere pium esto. Pro eo in ecclesia iuges preces ac sacrificia deo optumo maxumo offerre liceto.

3. *Veniens* Qui enim Christianis parentibus natus, & inter Christianos conuersatus erit, quasi baptisatus siet violenta hæc presumptio, donec contrarium euidentissimis argumentis probatum erit, pro veritate esto. Qui vero ad ordines baptismi non suscepto promotus erit, post baptisatus per singulos ordines ad sacerdotium usque promouetur. quod, an factum siet, ambigetur, iteratum ne intellegitor.

1. *Si quis.* Itaque statim ac quis presbyter ordinatus se non esse baptisatum deprehenderit, baptisator. sic iterum ordinator.

De Custodia Eucharistie, Chrisma, & aliorum Sacramentorum. Tit. 44.

1. *Statui-* **I**N cunctis ecclesiis Chrisma, & Eucharistia submissis. fideli custodia clauibus exhibitis conseruantur. Is ad quem custodia spectabit, si ea incaute

Lib. III. Tit.X LV.& XLVI. 151

reliquerit, menses treis ab officio suspenditor. Si quid per eius incuriam nefandum inde cōtigerit: grauiori vltioni subiaceto.

Sed & clerici ecclesiā supellectilibus propriis z. Relinque- alienisve ne exponūto, néve hæc in ipsis admit- qui- tunto. Tantum si hostileis incursus, incendiāve repentina, aut aliæ necessitates vrgebunt: ad eas refugium hoc habetor. Cessante quoque necef- sitate res in loca pristina reportantor. Ecclesiæ dei basilicæ sunt. Oratoria, ministerii vasæ, corporalia, & vestimenta ministrorum, pallas altaris clericī munda, nitida, habento, con- seruant.

De reliquiis, & veneratione san- ctorum. Tit. 45.

ANTIQVÆ reliquiæ extra capsulam om- z. Cum ex- nino ne ostenduntor, néve venales expo- eo. nuntor. recēs inuentas, ni priùs authoritate Ro- mani archiflaminis adprobatae erunt, nemo po- blicè venerator. Prælati volgum ad eorum ec- clesiās venerationis ergo accendentem figmen- tis, falsisve documentis decipi ne sinunto. Sic, occasione quæstus ne quid fiat, cauento.

Nemo quoque aliquem pro diuo, et si per eū 1. Audi- miracula fient, absque Romanæ ecclesiæ au- imus. thoritate venerator.

De obſeruatione ieiuniorum. Tit. 46.

OMNIVM apostolorum vigiliæ, præterquā z. Consiliis Philippi & Iacobi, ac Ioannis Euangelistæ

De obser.ieiuniorum

in obseruatione iejunii celebrantor. In aduentu quoque domini apud quos consuerit iejunium agitor. Sanctorum vigiliae quorum festiuitates secunda feria celebrari oportebit præcedenti sabato iejunium habento. De festiuitate tamen Barptholomæi apostoli celebranda consuetudo regionum seruator. Diebus quadragésimæ si quis famis tempore in anno ne inopia carnes comedere coactus siet: sine fraude esto. Cum ipsis tantum qui hoc faxint ecclesia, ne ollis imputetur, ad dominum preces fundito. Debilibus in sabbato, si non repugnabit regionis consuetudo, carnes sumere liceto. Sed et si consuetudo non patietur, debilibus tamen & infirmis ne quod propterea periculum emergat episcopi locorum vidento. Infirmis in quadragenario aliisque solennibus ieuniis esum carnium, si postulabunt, & vrgens necessitas exiget, recte indulgento.

3. *Expli-
ca-
ri.*

Sed & qui nec voto, nec regulari obseruantia adstricti sunt, in sexta feria, si festum dominice anthropogenesis ipso die euenerit, carnis vescendi potestatem habento. Si quis tamen deuotionis ergo abstinere volet: sine colpa esto.

1. *Ex-
parte.*

Cum eadem anthropogenesis domini, beatæ Mariæ apotheosis, alicuiusve apostolorum festiuitas feria secunda contigerit, die, vt dictum est, sabbati eam præeunte, item beati Mathiæ apostoli vigilia iejunator.

De purificatione post partum. Tit. 47.

Mulieres, si post prolem emissam acturæ gratias ecclesiam intrare voluerint, nulla proinde peccati mole grauantor. Si tamen ex veneratione aliquandiu abstinere volent: deuotio earum ne improbator.

De ecclesiis ædificandis, vel repa-
randis. Tit. 48.

De ecclesiis ædificandis.

Episcopo, quominus indigenti populo super 6. Thuanos basilicarum erectione & institutione prouideat, iuramentum de rebus ecclesiæ non alienatis ab eo præstitum ne officito.

Itaque si quæ villa ab ecclesia parochiali adeo distabit, ut eius parochiani eam sine difficultate adire nequeant, ipsa que ecclesia redditibus abundabit, ut præter villæ prouentus minister eius commodissimum sustentari possiet: episcopus parochianis potentibus ibi ecclesiam ædificato. Sacerdotem in ea ad præsentationem rectoris ecclesiæ maioris cum canonico fundatoris a sensu instituto. Is ipsius villæ obuentiones ecclesiasticas percipito. Matrici tamè ecclesiæ aliquo in sacerdotis vsum adsignato competens in ea honor pro loci facultate seruator. Eiusdem matricis ecclesiæ persona virum idoneum præsentare si differet, opusve impediet: episcop° nihilominus idem opus ad perfectionem deduci

De eccl. ædific. vel rep.

facito. virum bonum instituito.

2. Cum dicatur. Sed & vbi cunque tot simul leprosi sub communi vita congregati erunt, ut ecclesiam cum cœmeterio sibi constituere, & proprio gaudere possient presbytero: hoc sine contradictione permittitor. At veteribus ecclesiis de iure parochiali iniurii ne sunt. Tantum de hortis, & nutrimentis animalium suorum decumas dare ne coguntur.

De ecclesiis reparandis.

1. Quicunque. **Q**VI C V N Q V E ecclesiasticum beneficium habent, omnino ad tecta ecclesiæ restauranda, ipsasve ecclesiæ emendandas adiuuanto.

4. De his. Qui ergo parochialeis ecclesiæ habent, ad reparacionem & institutionem ecclesiæ, cum opus erit, de bonis ipsius ecclesiæ, si quæ ipsi supererunt, conferre coguntur. Sic eorum exemplo cæteri inuitantur.

5. Ad au-
dientiā q. **Q**uod si quis in ecclesia seculari regulari canonicos ordinare volet: hoc de consensu diccesani episcopi facito. Clericis tamen secularibus, si qui in ea supererunt, dum vixerint, ibi, alibi necessaria prouidentor. Quamdiu autem necdum canonici in ea erunt, ollis, cum nulli sint, corumve ecclesiæ priuilegium ne petitor, neve conceditor.

De immunitate

De immunitate ecclesiarum, & cæmerryj, & rerum ad eas pertinentium. Tit. 49.

De immunitate ecclesiarum, & cæmerryj.

6. Inter
alia.
Liber homo quatumcunque grauia maleficia
perpetrassit, si ad ecclesiā fugerit, ab ea vio-
lenter ne extrahitor, néve inde ad mortem, aut
pœnam, ni publici latrones nocturnive agrorū
depopulatores fuerint, itinera frequentata, stra-
tâve publicas aggressionis insidiis obsidentes,
damnator. Rectores ecclesiarum ipsi membra
& vitam obtinento. At super hoc quod iniquè
faxit aliâs legitimè punitor. Quod si seruus ad
ecclesiam configerit: postquam de eius impu-
nitate dominus clericis iuramentum prestiterit,
ad eius seruitium redire compellitor, alioquin
ab ipso rectè occupator.

10. Immu-
nitatem.
Si quis tamē impunitatem excessuum suorum
per ecclesiæ defensionem sperans homicidia,
mutilationesve membrorum in ipsis ecclesiis,
aut eorum cœmeteriis commiserit: immunitatis
privilegio ne gaudeto.

Ecclesia enim dei domus orationis esto. vn-
de ob id ipsum seculares iudices causas vbi de
sanguinis effusione & corporali pœna agetur in
ecclesiis cœmeteriisve ne agitato. Si faxint: ana-
thematis pœnam timento.

Sed & ecclesiæ, in qua diuina mysteria celebra
buntur, licet adhuc consecrata non erit, priuile-
gium immunitatis ne adimitor. Obsequiis diu-

De imm.eccl.& cœmet.

nis destinatam nemo temerè prophanato.

Et rerum ad eas pertinentium.

3. *Judicatum.*

RVsticos ecclesiæ ruribus eius relictis in pos-
sessionibus priuatorum culturam exhibere
defensor prouinciae ne permittito.

1. *Vt in domi-
nibus.*

In domibus quoque ecclesiarum missus, co-
mes, iudéxve publicus, seu minister quasi pro
consuetudine placitum, vt vocant, hospitiúme
ne vendicanto. In publicis locis domos ad hoc
constituunto, habento.

4. *Non
minus.*

Item consules ciuitatum, & rectores, aliave
potestatem habentes ecclesiæ onera ne imponū-
to, néve eas angariis affligunto. Siue fossata, ex-
peditiones, aliave sibi conficiunda putabunt,
de bonis ecclesiarum, clericorū, & Christi pau-
perum vsubus deputatis compleri ne faciunto.
iurisdictionem & autoritatem prælatorum in
hominibus eorum ne minuunto. Si tamen epi-
scopus & clerus tantam necessitatēm vtilitatēm
ve aspexint, vt absque vlla exactione, ad releuā-
das communes necessitates, laicorum facultati-
bus nō suppetentibus, subsidia per ecclesiæ cō-
ferunda existument: ratum esto. Qui consules a-
liave hæc contra commiserint, ni commoniti
cessassint, tam olli, quām fautores eorū excom-
municationi subiacento. Donec competenter sa-
tisfaxint communioni ne redduntor.

7. *Ad-
uersus.*

Cum autē predictæ necessitatis casus ingrue-
rit, prius Romanus pont. consulitor. Is com-
munibus vtilitatibus prouideto. Tum demum
quæ à clero conlata erunt laici hæc cum gratia-

rum actione humiliter, & deuotè recipiunto.
Alioquin quæ constitutiones sententie à talibus, seu eorum iussu mandatu promulgatae erūt inritæ & inaneis habentor, nullo tempore valento. Qui aduorsum hæc admiserint, donec satisfaxint, etiam post regiminis sui tempus, eorumque successores ni intra mēsem satisfaxint, ecclesiastica censura conclusi manento. Sic qui in honore substituetur in onere succedito.

Prælati tamen nullum Romanæ, suæve ecclesiæ nomine, aut alio modo à murorum vigilii, cùm ciuitatem custodiri oportebit, excusari patiuntor. Omnes ad hoc generaliter compelluntur.

Iidem prælati ut procurationem, seruitiūm. ^{8. Quia plerique}
ve legato, seu aliis impendant, à subditis plus, quām soluent, ne exigunto. in eorum damnis lucra ne sectantor, néve prædam in subiectis querunt. Qui præsumplerit extorta restituto. Tātundem pauperibus clargitor. Superior, apud quem querela deposita erit, si negleget exequi, canonice vltioni subiaceto.

Ne clericī, vel monachi secularibus negotiis se immiscant. Tit. 50.

MOnachi, clericive lucri causa ne negotiā. ^{6. Secundū.}
tor. prouinde vt nec laici ecclesiās ad firmā, ita nec monachi à clericis, laicisve suo nomine firmas quaslibet habento. Si quis quid corum faxit: anathemate feritor.

Ne cle.vel mona.sec.neg.se immi.

7. Relatiū

Quod si cuius monasterii monachi seculariter viuent, & alios exemplo suo conrumpent: ad obseruantia regulæ compelluntor. Si temerè resistent: his electis alterius ordinis fratres in id monasterium (si non in suo ordine reformari poterit) inducuntor . Sic impiorum labores iusti eduento . Ad sui ordinis obseruantiam reuerti coguntur.

1. Multa
sunt.

Nemo enim deo militans negotiis secularibus se implicato . In his autem & hæc habentur . Si quis plus iusto adpetet: id turpe lucrum esto. Si munera iniusta accipiet, dabit, si pro seculari quæstu aliquem pretio conducet, si contentiones, lites, rixasve amabit, si in secularibus tribunalibus, nisi pro pupillorum, aut viduarum defensione disputabit, si conductor secularium rerum, procuratörve erit, si turpis verbi facti*e* ioculator erit, aut iocum seculararem diligit, si aleas amabit, si ornamentum proposito suo inconueniens quæreret, si in deliciis viuere volet, si gulam & ebrietatem sequetur, si pondera iniusta mensurä*s*ve habebit, si negocium iniustum exercebit, si canes, & aues ad venandum sequetur, si quib^o causis frustaneis intererit: hæc, & similia ministris altaris dominici, ac monachis interdicta sunt.

8. Sicut.

Hæc ut seruentur, episcopi clericis sibi subditis imprimis tabellionatus officium per beneficiorum substractionem adpellatione postposita interdicunto.

2. Sacerdo
tibus.

Deinde sacerdotib^o, & clericis suis, ne ministri laicorum fiant, néve in rebus eorum procurato-

res existant, publicè denuncianto. Qui si faxint,
& occasione administrationis ipsius propter pe-
cuniariam causam in fraude deprehendentur:
ollis ab ecclesia ne subuenitor.

Nemo itaque clericorum procurations vil- 4. *Sed nec*
larum, iurisdictionesve seculareis sub principi-
bus, & secularibus viris, vt iuridicus eorum fiat,
exerceto. Si quis aduorsus hæc seculariter aget:
ab ecclesiastico ministerio alienator. Si quis au-
tem religiosorum aliquid eorum adtentansit: di-
strictius punitor.

Clerici enim in sacris ordinibus constituti iu- 5. *Clericue*
dicum sanguinis ne exercento. Truncationes
membrorum per se ne faciunt, néve inferun-
das iudicanto. Qui faxit honore & loco priua-
tor. Vnde nemo sacerdos vicecomitis, præposi-
tive secularis officium habeto. Si quis contra-
uenerit, ni commonitus emendabit, excommu-
nicationi subiaceto.

Denique sententiam sanguinis nemo clericus 9. *Senten-*
dictato, proferto, néve sanguinis vindictam agi-
tato, aut ubi agitatibus interesto. Si quis hæc
occasione ecclesiis, ecclesiasticisve personis di-
spedium aliquod intulerit: per censuram ecclæ-
siasticam compescitor. Clericus literas pro vin-
dicta sanguinis destinandas ne scribito. hæc cu-
ra in curiis principum laicis committitor. Ne-
mo clericus ruptariis, quos vocant, aut balista-
riis virisve sanguinū huiusmodi præficitor. hy-
podiaconus, diaconus, sacerdosve chirurgiæ ar-
tem, quæ adustionem, incisionemve inducit, ne
exerceto. Nemo purgationi aquæ feruentis, aut

Ne cler. vel mon. sec. neg. se imm.

frigidæ , ferrive carentis ritum cuiuslibet benedictionis, aut consecrationis impendito. Monomachiæ nihilominus ut ante prohibitæ suto.

*3. Nō ma-
gnopere.* Immo nemo post votum religionis , & emissam in loco religioso professionem ad physicā, legēsve mundanas legūdas exito. Si quis exierit: ni ad claustrum suum intra duūm mēsium spatiū redibit , vt excommunicatus ab omnibus vitator. In nulla causa, si patrocinium prēstare volet, auditor . Reuorsus in choro , capitulo, mensa, & ceteris vltimus fratrum esto. Spem to- tius promotionis, absq; sedis apo. misericordia, amittito.

*30. Super
specula.* Tales autem sententiam excommunicationis ipso facto incurunto. Tam à dicēcesanis, & ca- pitulis ipsorum , quām cæteris episcopis , quo- rum in dicēcesibus studebunt, excommunicati, & prædictis pœnis obnoxii publicè nūciantor. Hæc ad archidiaconos, decanos, plebanos, præ- positos, cantores , & alios clericos personatus habētes etiam presbyteros (ni ab his intra præ- scribtum spatiū cessassint) extenduntor , ser- uantor.

L I B . I I I . F I N I S .

LIBER QVARTVS.

DE SPONSALI-
BVS ET MATRI-
MONIIS.

Tit. I.



DICTVM de contrahendo ma- 23. Cum
trimonio prohibitorium esto . ad apud.
id solus partium consensus suffi-
cito . ideoque illud & surdus &
mutus contrahere valento. Quod

verbis non potest signis declarator.

Sanè in cæteris verba consensum exprimen- 25. Tunc.
tia ecclesia desiderato.

Furiosus autem, cùm consensum non habeat, 24. Dile-
contrahere ne valet. etus.

Quod si quis fingens cum muliere contrahe- 26. Tunc.
re verbis vtetur dubiis animo duntaxat eam de-
cipiundi, & mox carnaliter eam cognoscet: ec-
clesia quæ de internis non iudicat pro matri-
monio iudicato , hæc tamen si reapse ita sient:
matrimonium defectu consensus reapse nul-
lum esto.

Sed et si inter aliquos ita fortè contrahentur 7. Ex lite
sponsalia , vt vñus quod alter proponit non in-
tellegat : iudex , si matrimonium contracturi
ad id faciundum scientia, & ætate idonei sient,
dispicito . eo cognito ad communem rei intelle-
gentiam recurrito . Vterque contrahētium ver-

V ivi

De spon. & matri.

ba prolata in eo sensu, quem recte intelligentibus generare solent, accipere cogitor.

28. *Consultationi* Quæ verò mulieres ad valueas ecclesiæ cum sponsis benedicundæ venientes reclamabunt, seque nunquam in eos consensisse affirmabunt, sponsis legitimè contrarium probantibus ne audiuntor. Quod si accepta benedictione actutum à sponsis ante copulam aufugient adserentes nunquam se debitè consensisse, sed inlato metu compulsa, animo licet dissentirent, verba consensus protulisse: statim ne repelluntor. De metu, qualis siet, anquiritor.

6. *De muliere.* Non enim qualibet vis contractum matrimonium separato.

13. *Venies* Si mulier inuita cuiquam nubtui conlocata, quæ nec in eum postea consenserit, alteri subinde nubserit: matrimonium teneto. hic, vt eam recipiat, & maritali tractet affectu, monitione præmissa compellitor. Alioquin & is, & si quæ sit quam fortè superinduxerit, & eius parentes, si impedian, excommunicantur.

II. *Nō est.* Parentes dico: Nam & si fortè filiorum uxores detinebit pater, nec ollis restituet: quamuis sibi cum eis discordiam esse causabitur, ad id faciendum censuris ecclesiasticis cogitor.

21. *Ad*
ed. Porro, vt ad rem redeamus, quamvis puella necdum nubilis, & renitens nubtui conlocata siet, si tamen post nubileis annos aliquanto tempore, dimidio fortè anno, viro cohabitassit: censisse intellegitor. eū si dimiserit: reuorti cogitor. Si quos testes ad probandum dissensum producet: ne recipiuntor. Tanti temporis mo-

ra probationem excludito. Idcirco vterque ad alterum nubiali affectu tractandum compellitor. Si tamen ad religionem conuolare volent: fas esto. At ollis, si ad inlicitos concubitus transierint, pœnitentia indicitor.

In nubtiis ergo contrahundis plenissima se-^{14. Cum locum.}
curitas esto. Atque ideo si timebitur ne puellæ,
cuius de matrimonio lis erit, metus, coactiove
inferatur: eam iudex tuto in loco, donec causa
terminata siet, conlocari facito.

Denique liberruma matrimonia sunt. Vnde^{29. Gemma.}
& in his contrahundis pœnalis stipulatio im-^{ma.}
probator.

Cæterum qui consentienti mulieri promise-^{9. Ex par-}
rit eam se ab eo tempore pro coniuge habitu-^{te.}
râ, eam ne dimittito. Ad eandem, dimissa si quâ
superinduxerit, reuortitor. Eam maritali affe-
ctione tractare ecclesiastica censura cogitor.
Nemini enim sine manifesta fornicationis cau-
sa vxorem dimittere liceto. Sed & tunc aut eam
sibi reconciliato, aut ipsa viuente contineto.

Vnde qui mulierem aliquam tametsi non pa-^{1. Defraude-}
triaæ suæ legibus sed alterius vxorem ducet, eam^{cida.}
ne dimittito, aliâme superinducito. Si faxit:
euangelicæ legis transgressor pœnitentiæ subii-
citor, à secunda separator, & ad priorem redire
cogitor.

Immo & si quis tantum cum aliqua contra-^{10. Ex li-}
here iurassit: ni rationabilis causa obfistet, iura-^{teris. ii.}
mentum implere monetor. Ni adquiescat ec-
clesiastica censura compellitor.

Sanè ad id faciendum, etiam si iurassit, priùs<sup>17. requiri-
fiuit.</sup>

De spons. & matrim.

quām cogatur, monentor.

15. *Commissum.* Quod si quis cum aliqua contracturum se iurassit, & religionem ingredi volet: yt iuramento satisfaciat, primum contrahito. mox, si res integra siet, ingreditor.

2. *Præterea, i.* Quod si qui de contrahendo matrimonio purè, & absque conditione fidem sibi duerint: eam vt obseruent, monentor. Si ambo ad hoc induci haud possident: tolerantor.

3. *De illis* Itaque si quis præstito iuramento se aliquam ducturum promittet, sequere eadem incognita aliò postea cōuortet: mulieri, si non amplius in facto processint, ad alia vota transire fas esto. Si tamen quominus consummatum siet matrimonium per eam stetit: ab eadem de periurio pœnitentia recipitor.

21. *Sicut.* Præterea sponsalia de futuro etiam iurata per secunda sponsalia de præsenti soluuntor, per secunda de futuro ne soluuntor.

35. *Venit mens. ii.* Si tamen sponsalibus de futuro accesserit & copula: per alia sponsalia etiam de præsenti ne soluuntor. Alioquin de præsenti sponsalia (ni per metum qui in constantē virum cadere possiet contracta sient) tenento.

30. *is qui fidem.* Qui ergo mulieri luper cōtrahendo matrimonio fidem duit carnali copula subsequuta, et si alteram ducet, & cognoscet, ad primam reuertitor. Cum qualicet præsumptum tantum matrimonium siet, tamen aduorsum præsumptionem hanc probatio ne admittitor. Secundum nec verum nec aliquod existumator.

32. *Adolescens.* Adulescens tamen qui verbis de futuro sibi

desponsatam, s^epe licet expertus, reapse non cognoscens, cum alia postmodum verbis de præsenti contrahet, non primam, quicum matrimonium verum præsumptumve non fuit, sed posteriorem habeto.

In summa: si inter quos consensus de præ-
senti legitimus interuenerit, seu iurassint, seu
nec iurassint, alterutri ad alia vota transire ne-
fas esto. Si faxit: posterius matrimonium, et si co-
pula subsequuta siet, separato^r. primum valeto.
Sin de futuro tantum consensint, licet iurassint,
si mox mulierem alter verbis de præsenti des-
ponsasset, hi ne separantor. Ollis tamen pro
violata fide poena inrogator.

Si autem quis filiam suam alicui desponderit, 4. Ad
moxque detecto inter sponsos impedimento audietia.
eam alteri prioris fratri, licet ex alia matre, con-
locare volet: ne permittitor. Si se facturum iu-
rassit: vt de inlicito iuramento poeniteat indu-
citor.

Sponsam enim alterius maxumè nubili ætati 8. Spon-
proxumam nullus consanguineorum sibi ma-^{sam.}
trimonio conlocato.

Vnde si maior septennio minorem septen-
nio duxit vxorem, & eam domum traduxit: tali
ex contractu publicæ honestatis iusticia oritor.
puellæ consobrinam si quam postmodum du-
cet: ab eadem separato^r.

Sed et si grauis & fide digna persona eos qui 27. Cum
nubtias contracturi sunt sibi esse proximos de-
nunciasset, & de fama, vel scandalo docuerit,

De spon. & matr.

aut de eo iudex per seipsum de plano certifica-
ri possiet: nedium iuramenta parentum pro ma-
trimonio sponte oblata ne recipito, verum &
contracturos (si monitos ad id induci haud po-
tis erit) vt à tali contractu desistant, vel contra
famam alia propinquorum iuramenta pro ip-
sius arbitrio exhibeāt, compellito. Sin talis per-
sona non siet, aut de fama, vel scandalō edoceri
non poterit: ad desistendum moneto, non com-
pellito.

12. Pre-
terea. it.

Immo si viri mulierem potentis consanguineus cum ea se deliquisse proponet, sed hoc ipsum ob metum fortè & potentia mulieris con-
fiteri differet: matrimonium (ni iuramentum in-
teruenerit) distictè prohibetur.

19. In pre-
sentia.

Præterea tametsi vxor virum captiuum for-
tè, vel peregrinū diu præstolata siet, ni tamen
de eius morte certum nūncium recepsit, ad alterius consortium ne conuolato, néve conuo-
lare permittitor.

18. Cū in
apostolica

Sanè litispendentia super matrimonio quod
reapse nullum erat secundum contrahi ne im-
pedito. Contrahenti tamen pœnitentia indi-
citor.

20. Inter
opera.

Omnibus autem (vt rem absoluamus) qui po-
blicas mulieres de lupanari extraxint, & vxores
duxint, ollis quod faxint in remissionem pecca-
torum proficio. Errantem enim ab erroris sui
semita reuocare maximum inter opera chari-
tatis esto.

De desponsatione impuberum. Tit. 2.

PVberes, qui à pube vocati sunt, licet à quibus^{3. Puberes} dam ex annis existumentur quatuordecim, quamuis & tardissimumè pubescant: verius tamē qui ex habitu corporis pubertatem ostendunt, vt generare iam possint, puberes sunto. Sic & quæ in annis puerilibus parit puerpera esto.

In impuberibus autem hæc seruantur.

Ii , quorum vterque, vel alteruter ad etatem^{2. vbi.} legibus vel canonibus determinatam non peruenit, coniungi prohibentur. Interueniente tamen vrgentissima aliqua necessitate , vt pro bono pacis,talis coniunctio toleratur.

Matrimonium ergo si cum minore septen-^{13. Ad} nio contractum siet, vtpote quod nō est, ne ad-^{dissoluens-} cussator. At verò contrahendum, vt impediatur,^{dum.} denunciari valeto. denunciatione pendente ne quid innouator,adtentator.

Quod si puella, cùm vir eam desponsauit, nu-^{14. Tne.} bilis non erat, nec tatemæ prudentia subplebat quamuis eandem subarrassisit , inter eos non ma- trimoniū,sed sponsalia contracta intellegútor.

Quæ si impuberis septennio maiores contra-^{7. De illis} xint:neuter ante pubertatem resilito. Sin tem- pore contractus unus pubes erat : is ne resilito. Alter, si volt, pubes factus resilito.

At si quis puellæ needum septennis à se pri-^{4. Literas} dem in cunis desponsatæ matrem vxorem acc- psit:matrimonium né soluitor.huiusmodi enim desponsationes nullæ sunto. Sin eum puella se- ptimum iam annum transgressa ducet : cùm ex

De despon.impuberum.

eo tempore sponsalia placere consuerint, diuorum inter eos promulgator. Olli nec matrem, nec filiam habere permittitor.

5. *Accessit.* Itaq; si puella nondum septennis desponsata alicui fuit, nec in eum postea consenserit, & is ab huiusmodi despōsatione per episcopum fuerit absolutus: matrimonium inter eum & puerlæ matrē celebratum inuiolabiliter obseruator. proles legitima esto. Sin iam septennis: licet is à despōsatione puerlæ ipso iure absolutus fuerit, cum in eum consentire noluerit, eum tamen habere matrem, cuius gnata sibi fuerit desponsata, inhonestum esto.

6. *Continebatur.* Si cui puerla ante nubileis annos nubtui conlocata, & ab eo traducta, ad nubileis annos peruenies alii nubendi licētiā petet, seq; in eū haud consensisse adseret: illa, viro se eam cognouisse iurante, ne auditor. Sed & si pubertati proxima, consentiēnsq; desponsata, & à viro cognita probabitur: maxime cum eam parentes etatis legitimæ fuisse faterentur, idem esto. Porrò ex sponsalibus cum impubere septenni factis publicæ honestatis iusticia oritor.

8. *Anno bis.* Itaque licet dixerimus impuberes sponsalia contrahentes ante pubertatem quidem haud debere separarier, at post pubertatem, si cōtradicent, posse: si tamen carnis commixtio ante interuenerit, nec possunt.

10. *Attē statōnes.* Sanè solus nifus carnalis copulæ matrimonium ne facito.

9. *De il- lisi. q.* Si tamen ita fuerint ætati proximi ut potuerint commisceret: hi (ni intercesserit violētia,

eaque continua)ne separantor.

Nam si violentia inducta etiam pubes cum ^{ii.} Ex lib-
impubere sponsalia contraxerit : eum ad adultā ^{teris.}
ætatem exspectare ne cogitor. olli virum alium
acciundi libera facultas tribuitor.

Pater autem adultum filiū non consentientē ^{i. Tua}
matrimonio ne conlocato , nondum adultum ^{nos.}
cui volt conlocato. Is, postquam ad perfectam
ætatem peruenerit, omnino hoc adimpleto.

Porro licet sponsalia cum minore septennio ^{12. Dno}
contracta per cohabitationem post septennium ^{pueri.}
conualescere, & publicam honestatem induce-
re dixerimus : per matrimonium tamen soluun-
tor.

De clandestina deßponsatione. Tit. 3.

CLandestina coniugia penitus inhibentor. ^{3. Cū in-}
Ollis ne quis sacerdos interesto. Cūm qui ^{hibitio.}
contracturi erunt, in ecclesiis per presbyteros ^{in prin.}
publicè proponitor. competens terminus præ-
finitor. Intra eum qui volunt & valent impedimentum
opponunto . Presbyteri nihilominus
ex officio de impedimento anquirunto. Proba-
bilis conjectura si erit: donec, quid faciendum
siet, adparescit, contractus inhibetur.

Si parochialis sacerdos taleis nubtias prohi- ^{θεμα. si.}
bere negleget, aut etiā regularis qui eis interesse
præsumperit: ab officio triennium suspendi-
tor. Si colpæ qualitas postulabit: grauius puni-
tor. Qui taliter etiam in concesso gradu contra-
heret præsumpsint pœnitento. Qui verò ad im-
pediendas legitimas nubtias dolo malo proceſ-

De sponsa duorum.

θεμα. sint canoniam vltionem ne effugiunto.

Si quis.

Quod si qui claudestina vel interdicta coniugia etiam ignoranter in gradu prohibito cōtraxint: soboles inlegitima censetur. Sic & si ambo impedimentum scientes etiam in cōspectu ecclesiæ prēter omne interdictū contrahere p̄sump̄t, idem esto.

2. Quod nobis. Sanè si matrimonia ita occulte cōtracta sīt, ut inde legitima probatio non adpareat: qui cōtraxint ab ecclesiā ne compelluntor.

Sin contrahentes postea publicabunt, ni causa rationabilis erit, ab ecclesiā recipiuntor. tanquam à principio in conspectu ecclesiæ cōtracta cōprobantur.

3. Si quis. Si quis autem aliquam clam & in furno despōlassit, & mulier desponsationem negabit: viro probatio incubito, in cōtrario casu idē esto.

De sponsa duorum. Tī. 4.

5. Thus.

Postquam inter legitimas personas consensus interuenerit de prēsenti, si cum aliis postea de facto contrahant, quod priùs iure factū fuerat ne inritator.

6. Duobus

Fides enim in duplice differentia cūm siet, pactionis, & consensus, pactionis quidem fidem si quis alicui duerit, aliam ne ducito. Si faxit: ob fidem mentitam p̄cēniteto. cum hac tamen proxima maneto. Sin verò consensus: aliam ne ducito. Si faxit: dimittito, priori adhæreto.

7. Accepisti.

Itaque si quam per fidem consensus alter sibi desponsatam habuerit vxorem acceperis: eam

tu dimitto. ea nūquam vxor tibi legitima esse valeto. Dies 40. in pane & aqua cum 7. sequentibus annis pœniteto.

Sed & si inter aliquos de præsenti consensu ^{3. Licet.} interuenit : seu interpositum siet iuramentum, seu nō, mulier alteri ne nubito. Si nubserit: quāuis carnis commixtio subsequuta siet , ab eo separator. ad primum reuortitor. ad id ecclesiastica distriktione compellitor.

Quod si super huiusmodi desponsatione de ^{4. Tria.} præsenti lis erit, & prouocabitur: prouocanti, ne pendente adpellatione aliubi contrahat , interdicator . si nihilominus fxit: matrimonium initiator.

*De Conditionibus adpositis in de-
spensatione, vel in aliis
contractibus. Tit. 5.*

Quod aliquam vxorem accipere iurassit, si ea ^{3. De illis.} tantum sibi donauerit : is si nolentem soluere non accipiatur (ni de præsenti consensu, aut copula subsequuta siet) periurii reus ne habetur.

Sed nec is, qui in aliquam etiam per verba de ^{5. Super eos.} præsenti consensit si pater suum præstaret ad- sensum, nisi voluntas patris intercedat matrimonium consummare cogitor.

Qui tamen sub hac ipsa conditione aliquam desponsassit , & ante conditionis euentum desponsatam cognoscet , à conditione recedere intellegitor.

Sed & si in cōtractu matrimonii turpis condi- <sup>7. Si con-
ditiones.</sup> X

Qui cle.vel vouē.mat.cont.poss.

tio vel impossibilis adponetur: cōditio vitiator,
contractus valeto. Si tamē turpitudo circa sub-
stantiam matrimonii versabitur: cōtractus quo-
que vitiator.

1. *Quicunque.* Alioquin si aliquam sub turpi conditione de-
sponsassit: eam ne relinquito, conditio frangi-
tor, despensatio inrefragabiliter tenetor.

Hæc de matrimonio. In cæteris contractu-
bus hæc seruantur.

2. *Cum sit.* Mancipium ea conditione manumissum ut
monachus fiat, alioquin in seruitutem reuorta-
tur, acceptata conditione manumittentis volun-
tatem ne præterito.

4. *Verum.* Si verò sub conditione alicui ecclesiæ posse-
fio donata fiet: ni fors sub tali conditione con-
lata erit, ut ea cessante reuocetur, à donatore ne
reuocator.

Qui clerici vel votentes matrimonium contrahere possunt. Tit. 6.

3. *Memini-
mus.* **Q** uia se religioni voverit, professionem fa-
xit, habitum suscepit, is si postmodum
aliquam sibi matrimonio conlocabit, ab ea re-
cedito, eò unde digressus est reuortitor. Sin tan-
tum voverit: quod postea contraxerit matrimo-
nium ne rescinditor.

4. *Consu-
luit.* Sed & si mulier habitum mutassit, vel umquam
de manu presbyteri sumpserit, non tamen pro-
priis renunciassit, claustrum non intrassit, nec in
manu episcopi, abbatis, aut abbatissæ, aut super
altare professa fiet, vel obedientiam pollicita:
susceptus quidem habitus ne nubat impedito.

Si nubserit etiam post annum: sic statu.

Immo & nonnunquam ex causa, ut si timo- *s. Veniens*
re aliquo inducta continētiam simpliciter pro-
miserit, contrahendum ne impeditor. ecclesia
cum ea dispensato.

In summa: votum simplex matrimonium cō- *6. Rursum*
trahendum impedito, contractum ne frangito.
Apud deum tamen non minus quam solenne
obligato. Itaque si quis voto castitatis emiso
postea se aliquam ducturum vxorē iurassit: pro
temerario iureiurādo p̄niteto. votum seruato.

Solenne autem votum & contrahendum im-
pedito, & postea contractum dirimoto. Vnde si
mulier in manibus religiosi alicuius ordinis vo-
tum castitatis emiserit, licet ea lege ut in domo
propria cum omni substantia sua remaneret, &
in eiusdem ordinis habitu biennium fortè post-
ea permanserit, tametsi in vouendo modica ali-
qua coactio interuenerit, illa contineto. habi-
tum si dimittet: resumito. Si nubet: iniqua cō-
iunctio esto.

Sed nec diaconus, nec hypodiaconus matri- *1. De dia-*
monium contrahunto. Si faxint: tametsi inregu-
lareis facti separantur. ollis p̄nitentia indici-
tor. ea peracta officio dispensatiūe restituuntur.
Si perfectioris vitæ sient: etiam superiorem or-
dinem indipiscuntor.

Interdum hypodiacono taliter contrahenti *2. Ex leta*
monasterii ingressus iniūgitor. post laudabilem *rariūm.*
conuersationem ad maiorem ordinem promo-
uetor. Sin nolet religionem ingredier:is nec ad
maiorem adspirato, nec in hypodiaconatu mi-

De eo qui du.in ma.quā pol.per ad.

nistrare permittitor . certè in minoribus mini-
strato.

De eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulte- rium. Tit. 7.

3. Super
hoc.

Si quis vxore viuente cum aliqua adulterabi-
tur : cù adultera, si in mortem vxoris machi-
nata fiet , siue olli de ea ducunda fidem duerit,
siue non, ne contrahito.

6.Signifi-
casti.
7 Veniens

Sin neuter machinatus fiet : is cum eadem,
quam sine fidei datione vxore viuente cognouerit, rectè contrahito.

8.Si quis.

Sed et si eidem vxore viuente fidem duerit, vel
cum eadem contraxerit, non tamen cognouerit:
matrimonium post mortem vxoris cum ea con-
tractum teneto.

2.Signifi-
cauit.

Vice versa, si quis vxore prima viuente, quan-
uis non cognita , scienter cum secunda contra-
het, eámque cognoscet: mortua prima secúdam
ne habeto. Si tamen prima reapse vxor non fuit:
fecus esto.

1 Proposi-
tum est.

At qui superstite vxore cum secunda ignoran-
te sciens prudens contrahet, prima mortua à se-
cunda , si is petet , ne separator . illa , si petet,
separator.

4. Ex li-
terarum.

In summa: qui viuente vxore etiam separata se-
cundam ducet vxorem, prima quoque mortua
à secunda separator . At vbi de adulterio pœni-
tuescit, cum alia contrahere valeto.

5.Cum ha-
beret.

Quod si viuente legitima vxore, nec separata,
cum secunda contrahet, mortuáque vxore diu,

vt per decenium, maximo etiam scandalō mortuus cum secunda siet, totidēmque fortè liberos procreasit: ab ea separator. vterque pœniteto. vterque perpetuò contineto. vterque tamen liberis suis pro modo facultatum necessaria subministrato.

De Coniugio Leproorum. Tit. 8.

Leprus si continere non volt, & aliquam ^{2. Quoniam} manctus est quæ sibi nubere parata siet: cōtrahito. Quod si cœpto iam matrimonio coniugum alteri lepra continget, & is debitum exigit: sanus olli debitum reddito. Lepra, aliavé grauis infirmitas coniuges ne separato. Sola fornicationis causa hoc facito.

Itaque si coniugum alter lepram incurret: vir ^{1. Peruenit.} vxorem, vxor virum sequitor. inuicem adfectu ^{nit.} coniugali ministranto. Sin ad hoc induci haud potessint: vtrique perpetuò continento. Ni faxint: excommunicantur.

Lepra verò post sponsalia de futuro adueniente ^{3. Literas.} alter matrimonium consummare ne cogitor.

*De Coniugio Seruorum, &
natis ex Libero ventre.*

Tit. 9. & 10.

INTE R seruos matrimonia ne prohibentor. ^{1. Dignum} si contradicentibus heris contracta sient: eius est. ergo ne dissoluuntur. Serui tamen ollis debita seruitia non minùs exhibento.

Liber autem si cum ancilla contraxit ignorans, ^{4. Ad nostram.}

X iii

De cogn. spirit. & leg.

& ex quo resciit in eam nec verbo consensit
nec facto : matrimonium separator. Is cum alia
contrahere finitor.

2. Propo-
suit.
Si enim vir vxorem , postquam ancillam esse
resciit , carnaliter cognouit: ei adhæretō . Alio-
quin diuortii sententia profertor . pecuniam
quam pro dote mulier adulterit iudex resti-
tui facito.

3. Licet.
Si tamen mulier diuortium petet eo quod is
quocum contraxit mancipium etiam ecclesiæ
proponatur , ipse autem patrem suum tempore
mortis pro libero habitum , nec se à multis annis
suo patrissive nomine status controuersiā passum
adseret (maxumē si eius regionis mos erit ut par-
tus patrem sequatur) ratione temporis , & fauore
libertatis pro viro iudicator.

C. Vni. de
nat. ex lib
ren.
Quod si ex libero ventre , id est seu ingenua ,
seu liberta natus sit: indubie liber esto , nec , vel
ab ecclesia , cui⁹ est libertates tueri , ni aliud pro-
bassit , in seruitutem reuocator.

De Cognitione spirituali, & Legali.

Tit. II. c. 12.

6. Veniens I N T E R patrem baptisati & leuantem mulie-
rem cognatio spiritualis ad impediendum &
dissoluendum matrimonium valida oritur.

2. Si vir. Si tamen vir mulierve ignorans , aut dolo ma-
lo filium suum è sacro fonte leuassit: compater-
nitas isthac matrimonium ne dissoluit.

4. Marti-
bus. Inter eundem patrem baptisati & vxorem le-
uantis cognitam compaternitas ad dirimendū

quoque matrimonium efficax contrahitor.

Sed & inter baptisatum & baptisantis filiam <sup>8. Ex lite
ris.</sup> idem impedimentum esto.

Duo tamen duum compatrum filii, quorum 1. Vtrum.
neuter compaternitati causam duit (ni loci co- 3. Super eo
suetudo obsistet) licite contrahunto.

Alioquin si alter causam duit: ne contrahun- ^{7. TMA nos}
to, si faxint: separantur, qui contractum scierint,
ecclesiæ nunciato.

Hæc quoad baptismum. Per catechismum ^{5. Construc-}
autem contracta compaternitas matrimonium
quidem contrahendum impedito, contractum
ne dirimoto.

Huic legalis cognatio proxima esto. in qua ^{C. Vni de}
hoc seruator. Si qua mihi per adoptionem soror ^{cognac. le-}
esse cœpsit: quandiu durat adoptio, inter me & ^{gta.}
eam nubtiæ ne consistunto.

*De eo qui cognouit consanguini-
neam uxoris suæ, vel
sponsæ. Tit. I 3.*

Quod illam, cuius antea consanguineam, ^{7. Frater}
quanuis adhuc septennem, contractis ^{nitati.}
sponsalibus extraordinaria libido polluit, ma-
trimonio conlocabit, ab ea separator.

Quod si sponsæ suæ consanguineam co- ^{2. Veniens}
gnouit, sponsam non cognouit: olli poeni- ^{i.}
tentia maior quam pro adulterio inrogator.
Cum alia certe contrahere valeto. Sin & spon-
sam cognouit: nec eam nec aliam vñquam
ducito.

De eo qui cog. consan. vxor. &c.

8. *Ex lite r̄is.* Sed & si quis puellæ , quam etiam impubes rem despōsas sit, cōsanguineam, veluti matrem, postea & puellam ipsam adultam cognorit: pœniteto. ab eadem (si modò materni peccati cōscia olli commista siet) separator . Is , & mater (maxumè si de lapsu carnishaud timebitur) per petuum cœlibatum seruanto.
9. *Venies. ej.* Sic & qui cum priuigna sciens prudens rem habesit, nec à matre coniugale debitum exigit , nec filiam vnquam ducere valeto . Sed nec ipfus , nec priuigna vllum vnquam matrimonium contrahunto.
4. *Transmissio.* Si tamen incæstuosus huiusmodi reapse matrimonium contraxerit: teneto. at vxori necessaria subministrans olli debitum exigenti reddito, non exigit. sed & tunc ad eam cum dolore accedito. quandiu cum ea viuet, de scelere pœniteto. si superuiuet: expes coniugii esto.
10. *Tue.* Adfinitas verò post matrimonium iniquè 11. *Iordanæ* contracta olli. qui iniquitatis particeps non iacet ne noceto. si ad continendum induci nequibit: ei debitum coniugale redditor.
6. *Discretione.* Immo nec matrimonium nondum consummatum superueniens adfinitas dissoluto.
5. *Super eo.* Multò fortius bene contractum matrimonium ad solam confessionem coniugum adfinitatem præcessisse dicentium (etiam si volgi fama consentiet) ne separator.
3. *De illo.* Atque adeo qui se vxorem fratris antequam olli nubere cognouisse dicet, ni notorium siet, aut testibus probabitur , matrimonium fratris eius ergo ne impetito.

De consanguinitate, & adfinitate.

Tit. 14.

PRælatus, ne in prohibitis gradibus matrimonia contrahantur, publicè inhibeto. præsumptores non obstante consuetudine ecclesiastica distictione punito. *s. Quod super his infra.*

Insuper matrimonialeis cause non per quoslibet, sed per ratos iudices, peritosque canonum tractantor. In quicis hic primus esto. A consanguineis prioris coniugis æquè ac propriis abstinetor. Vnde si mulier ei, qui defunctū maritum quarto gradu consanguinitatis adtingat, nubserit: diuortium promulgator.

Testes autem qui ad diuortium celebrandum produc̄ti consanguinitatis gradus computabūt à stipite, vel à germanis occipiunto, gradus ordine distinguūto, personas propriis nominibus, aut æquepollentibus (maxime si de auditu dependent) designanto.

In quaquidem computatione hæc regula esto. Quoto gradu à stipite distabit remotior, toto gradu & à quolibet per aliam lineam ex eadem descendientium distare intellegitor.

Quod si qua plebes ab apostole sede indultum habessit contrahundi in gradu alias vetito matrimoniis, & consuetudo ita siet ut vterque contra hentiū eo gradu à stipite distare debeat: indultū quoque ita velle intellegitor. Regula hoc casu locus ne esto.

Sed & si quis falsa causa summo pontifici dispensationem obtinessim in vetito matri-

De frigid.& malef.&c.

monio contracto remanendi, & ex separatione
graue scandalum imminebit: dissimulari valeto.

4. *De infidelibus.* Idcirco infideles in gradu canonica lege vetito coniuncti post conuorsionem ne separantur.

Nam & inter infideles matrimonium esto.

8. *Non dabit.* Hodie in secundo tertiove adfinitatis genere prohibitio ne esto. Hodie soboles ex secundis
nubtiis suscepta cognatis prioris coniugis copulari valeto. Item copulae coniugalis prohibitio quartum consanguinitatis & adfinitatis gradum ne excedito. At qui contra prohibitionem huiusmodi contrahet nulla annorum longinqua-
te defendantur.

2. *Super eo.* Denique adfinitas etiam superuenies, de qua vel per famam volgi constat, sponsalia de futuro soluito.

5. *In principio.* Licet verò vxoris consanguinei adfines viro fiant & econtra: viri tamen & vxoris cōsanguinei ad fines inuicem ne sunt.

De frigidis, & maleficiatis, & impo- tentia coēundi. Tit. 15.

2. *Quod sedem.* P Ver, frigidusve matrimonium ne contra-
hunto.

3. *Laudabilem.* Sin hic de facto contraxit, & statim de im-
potentia constat: matrimonii statim, alioquin non nisi post triennalē cohabitationem, idque prae-
vio iusto iudicio dirimitur. mulier alteri nubi-
to. Ille si alteram accepit: separantur. At si mu-
lieri impotenti viro cohabitare cōsentiet: ipsius
eam, si non vt vxorem, vt sororem habeto. Sed

et si vterque impotentiam fatebitur, & de eo
septima manu iurabunt: separantor. Ille aliam si
duxerit: qui iurauerant periurii tenentor. acta
pœnitentia insimul reuorti coguntor.

Si verò sola mulier impotentiam viri adcu-^{7. Litera.}
sabit, séque per matronas virginem probabit, il-
le autem nusquam quidem eam cognosse fatebi-
tur, alias autem cognoscundi potentiam habe-
re adseret: per triennium quoque cohabitanto,
copule operam danto. Si nec copulari possint,
& hoc septima propinquorum manu firma-
bunt: separantor.

Quod si vir ad diuortium prouocabit quod ^{1. Acces-}
se frigidum adserat, & hoc idem fatebitur mu-^{pisti.}
lier: seruata forma canonica separantor. At si
inlusum siet ecclesiæ: reuortuntor. Sin mulier
prouocabit, idque post annum aut dimidium:
ei, contrarium adfirmante viro, ne creditor.
Quod si statim post mensem aut duos: quo di-
ctum est ritu separantor. Illa, si volt, in domino
nubito.

Hæc de impotentia viri. Si autem mulierem ^{6. Frater-}
adeo arcta esse parebit, vt citra diuinum pro-^{nitas.}
digium habilis reddi nequeat absque salutis pe-
riculo: matrimonium separator. Si tamen post-
modum deceptam fuisse ecclesiam parebit: re-
staurator.

Itaq; si mulier ita siet naturaliter arcta, vt ne-^{3. Ex Lite-}
queat viro cōmiserier, nec possiet ope cōsilior^{ris.}
medicoru adiuuarier; alterā ducere viro liceto.

Aut fortè ecclesiæ Romanæ iudiciū sequitor, ^{4. Consul}
quod huiusmodi esto. Qui clusā mulierē dux-^{tatione.}

De matr. cōtr. & qui filii sicut legit.

rit, quam ut vxorem habere non potest, ut sororem habeto.

De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiae. Tit. 16.

1. De muliere. **S**I contra iudicis interdictum contraxint hi qui consanguinei dicebantur; donec de causa cognitum sit separantur.

1. Literæ. Alioquin matrimonium contra iudicis seu ecclesiæ interdictum contractum huius solius ergo ne dirimitor. pœnitentia tamen contrahentibus indicitor. Iudex, ne mandatum suum contemptibile videatur, curato.

Qui filii sient legitimi. Tit. 17.

1. Cōque. **N**aturalis ex soluto & soluta natus per subfensus. quens parentum matrimonium etiā quoad successionem legitimus esto.

6. Tanta. Contracto itaque matrimonio qui ante gentes sunt naturales legitimantur. spuri tamen ne legitimantur.

9. Quod nobis. Sed & qui de clandestino matrimonio postmodum ab ecclesia comprobato nascentur legitimi & haeredes iudicantur.

2. Cū inter. Vice versa, separato matrimonio ab initio in conspectu ecclesiæ contracto, filii ante diuortii sententiam nati conceptive legitimi quoq; sunt parentibus succedunto. ex eorum facultatibus nutriuntur.

8. Perlatu. Quod si mulier ita iudicio ecclesiæ à primo

separata eo fortè superstite cum secundo contraxit, prolem suscepit: proles legitima esto, nec eius ergo ab hereditate excluditor.

Alioquin proles quā vxor viuente viro ex alio sustulit omnino inlegitima esto. 4. Causa
quaes.

Immo sola publicæ honestatis iusticia matrimonium contrahi prohibeto, contractum separato. Proinde filii, ni per ecclesię permissionem, paternamve ignorantiam excusabuntur, ad successionē bonorum paternorum ne admittuntor. 10. Ref.
rente.

Ignorantia enim excusato. Nam & si quis vxo reviuēte alteram huius rei ignaram ducet; proles legitima esto. 14. Ex te-
nore.

Fortiori ratione si inter quos matrimonium legitimè contractum siet, & quandiu vixerint quietè permanserint: post illorum deceßum qui prolem inde susceptam inlegitimam adserere volent, & eam ab hereditate repellere, ne audiuntor. 11. Perue-
nit.

Si vir & mulier aliquem suum esse filium negabunt: ni certò contrarium probabitur, eorum vocis statutor. 3. Transf.
missa.

Alioquin et si fama viciniæ aliquem inlegitimum esse existumauerit, parentesque existumationem hanc actu aliquo confirmarint: si tamen testes legitimū probabunt, maxime si cum pater in extremis talem adgnouerit, ac instituerit, legitimus iudicator. 12. Per
tuas.

Opposita autem coram laico iudice hereditatem petenti inlegitimitatis exceptione, causa ad ecclesiasticum amandator. Is probationi terminum præstituto, si facta non erit: laicus causam 5. Later.

Qui mat.adcuf.poss.&c.

resumito,decedito.

7. *Causa*
quaes. Sed & de possessoria hæreditatis petitione, laicō iudice sibi cognitionem vindicante, ecclesia ne cognoscito. An autē quis ex legitimis natalibus siet, cognoscito.

13. *Per re-*
narrabilē. Romanus quoque pontifex in terris quidem ecclesiæ inlegitimos liberè legitimatō. In alienis, ni iustissima de causa, aut nisi in spiritualibus, ne facito . Tunc tamen indirectō & per quandam velut consequentiam etiam quoad temporalia legitimati creduntor.

15. *Gaudie*
miss. Eadem ratione proles de infidelium coniunctionibus nata qui secundo, tertio, vel ulteriore gradu secundūm opinionem suam contraxint, post conversionem eorum ade fidem legitima censetur.

Qui matrimonium adcufare possunt, vel contra illud testificari. Tit 18.

6. *Cum in*
tua. **Q** Vi tempore publicationis proclamatum, quæ vulgo banna vocant, tacuerit, nō ea probabiliter ignorassit, vel impedimentum de nouo didicisse iurabit, idque dolo fraude nō obiciere: ab accusatione matrimonii repellitor.

4. *Infor-*
per. Sic & inuita desponsata postea sponte cognita contra matrimonium ne auditor.

5. *Signifi-*
cante. Item ob quæstum adcufans matrimonium ne admittitor.

2. *A no-*
bis. Sed & in accusatione matrimonii cōscribitiona sola, sine viua voce, ni alia suffragabuntur administrula, quoad sententiam proferundam nullius momenti esto.

Lib. IIII. Tit. XIX. 168

Hæc de adcausatione. Quod autem ad testifi- ^{3. Videatur}
cationem pertinet, si super contrahundo distra-
hundōve ex capite consanguinitatis matrimonio
lis erit: parentes & proximi ad testimonium
admittuntur.

Denique si de matrimonii fœdere dissoluun- ^{1. Relatio.}
do agetur: etiam absente, modò perquisito reo
testes legitimi recipiuntur. sententia ad eorum
dicta fertur.

De diuertiis. Tit. 19.

Vir vxorem sine iudicio ecclesiarum, et si con- ^{3. Porro.}
sanguinitatem causabitur, ne dimittito. Si
faxit: recipito. Alioquin & is, & superinducta
excommunicantur. Sed nec si notoria siet con-
sanguinitas abiicito. quo casu adcausatore nullo
adparente iudex ex officio coniuges separato.

Sic & relictae fratrum ne qui ducant videto, ^{9. Deus}
prohibeto. Si qui faxint (ni fortè cum aliquibus qui)
vt cū neochristianis gratiosè dispensabit eccl-
esia) separantur.

Pagani enim in gradu lege tantum canonica ^{8. Gaudet-}
prohibito coniuncti si ad fidem conuortetur: ^{mus.}
ne separantur. Sin paganus sympolygamus erit:
suscepta fide primæ adhæreto. Sed & si repu-
diata prima cum secunda contraxit: suscepta fi-
de ad repudiatam (licet cum alio contraxerit,
modò ne fornicata siet) reuortitor.

Nam si notoriè fornicata siet vxor, virau- ^{4. Signab-}
tem continebit : illa petens restitutionem ^{ficas.}

De donatio inter vir. & vxo.

ne auditor.

5. Ex literis. Itaque propter adulterium mulieris matrimonium separator. quod si vir postea fornicabitur: restaurator.

7. Quanta. Altero verò coniugum fidelium in fornicationem spiritualem id est in hæresim lapso vinculum coniugale ne soluitor. Altero autem infidelium ad fidem conuorsio si alter olli cohabitare noluerit, vel non sine blasphemia, aut peccato valebit: soluitor, conuorsus, si volt, contrahito.

6. De illa. Si vxor à viro in hæresim lapso autoritate propria diuorterit: ad eundem resipiscientem reuorti cogitor. Sin ecclesiæ iudicio diuorterit: ne cogitor.

2. Quæsiuit. Sanè pro furto viri alióve simili criminе ne separator. Sin eam ad infidelitatem inuitabit: separator. In viro idem esto.

1. Si qua mulier. Sed & si in necem viri cōspirassit, & is cùm se defenderet conspiratorum quempiam occidit: post vxoris mortem, si volt, aliam ducito, illa autem ex spes nubtiarum esto.

*De donationibus inter virum & uxorem,
& de dote post diuortium restituenda. Tit. 20.*

De donationibus inter virum & uxorem.

8. Donatio

DOnatio constante matrimonio inter coniuges facta ex qua donans pauperior futurus est, ni eius obitu confirmabitur, ne valeto.

Quæ

Quæ & si ab eodem tacitè vel expressè reuocabitur, aut donatarius prior decebat, evanescito. Cæterum soluto matrimonio ut dos ad mulierem, sic propter nubtias donatio ad virum (si non vel consuetudo, vel pactum lucrandæ dotis & propter nubtias donationis, idque æquale, aliter suadebut) redito.

Quod si usufructuarius rem ipsam vxori propter nubtias donabit: in eam ne plus iuris, quam habet, transferro. Idem in domino, cuius dominium sub aliqua conditione resoluti potest, obseruator.

Si vir propter nubtias inlicitas mulieri quid s. Et si ne- duerit, idque sub pacto commissi si eam relin- ceffe. queret, & ex hoc diuortium impediri videbitur: mulier officio iudicis donationem restituere co gitor.

De dote post diuortium restituenda.

Soluto ex causa matrimonio vir dotem inter- 1. Mulie- grè reddito.

Nendum autem dotem reddito, sed & ad diui- 2. Signifi- sionem eorum quæ communiter obuenerunt cavit. compellitor.

Denique super matrimonio delegatus si sen- 3. De pra- tentiam diuortii ferebat dotis quoque restitutio- dentia.

Mulier tamen ob adulterium à viro separata 4. Plenar dotem seu dotalicium ne repetito. que.

Vir agens pro dote non ideo quod ad inopiam 7. Per ver- vergat prorsus excluditor, nec ultra propriam stras. facultatem præcisè satisfare cogitor. olli dos sub

De Secun.nubtiis.

ea quam præstare potest cautione adsignator.
Quod si ea cautione haud satis doti consultum
esset: dos apud mercatorem deponitor . vir de
honesto lucro matrimonii onera sustineto.

De secundis nubtiis. Tit. 21.

4. Super
illa.

5. Cum se-
cundum.

2. Domi-
nus.

3. Vir au-
tem.

1. Capel-
lanum.

Hodie mulier intra lugubrem annum con-
trahens infamia legis ne notator.

Ita demum autem contrahito, si de morte cō-
iugis certa siet. Sin addubitabit: ne facito. Si iam
faxit:debitum reddito, nō exigo. quod si post-
modum superflitem esse priorem resciet: poste-
riorem dimittito. in viro idem esto.

Cæterūm coniuges ad digamiam transeun-
tes, cùm iam benedicti sient, presbyter ne bene-
dicito.

Qui hoc faxit ab officio beneficioque sus-
pensus ad sedem apostolicam amandator.

Libri quarti finis.

LIBER QVINTVS.

DE ADCVSATIONIBVS,

ANQVISITIONIBVS, ET
denunciationibus. Tit. I.*De accusationibus.*

Nunc de accusationibus tractator.
Et primū quidem de personis.
Si enim legitimus adlocutor non i. *Si legiti-*
siet:adlocutus ne fatigator. *timus.*

Itaque laicus clericū, aut de ini- 10. Cū P.
micitiis oppidō suspectus ne adlocutus.

Vnde manifestus electi confirmati inimicus, 13. *Memi-*
etsi eum se de simonia adlocutum proponet, *nimus.*
etsi ad R.o P.o adpellabit, eius benedictionem
ne impedito.

Sed & inimicis cohabitantes ab adlocutione 7. *Repel-*
repelluntur. *lantur.*

Episcopus autem cū, quem ante à cohabita- 5. *Nulli.*
tione & familiaritate sua separare neglexerit, ab
adlocutione sui ne repellito.

Qui si euangelicè monitus factum emendare 2. *Si quis*
nolet:tūc demū instantibus legitimis adlocuto- *episcopus.*
ribus causa ad primates canonice defertor.

Abbatis autem criminatio cū monachis quo- 3. *Illa,*
rum interest discutitor.

Itaq; monachi, ni aliud oberit quā quod sub ii. *Ex*
abbatis imperio sient, ab eius adlocutione ne re *parte.*
pelluntur.alios tamen ne adlocutio. Ollis, cū
propriū non habeat, expensæ necessariæ, donec

De adcusi.anquis.& denunc.

causa terminetur, de rebus monasterii ministran-
tor.

12. *Si con-*
stiterit. Presbyter autem, qui ebrius in taberna per-
noctasse, postridieque nulla præmissa dormi-
tione sacrificasse coram episcopo suo conui-
etus erit, aut adcussatus ingenuè fatebitur, bene-
ficio priuator.

9. *Eviden-* Quod si notorium scelus erit: adcussatore ne-
tia. egeto.

6. *De his.* Ceterum de quibus criminibus quis adcusa-
tus est adcussatio ne restaurator.

15. *Venies.* Sed & qui alicuius mandato stare iurassit, si ab
eo mandatum accepit eum ne amplius adcuset,
ab eius adcusemente repellitor.

14. *Licet.* Porro adcussator ante inscriptionē impunè cū
desistat, olli iā perpetuum silentiū imponitor.

16. *Super*
his. Crimen enim trifariam cūm opponatur, ad-
cusando, denunciādo, excipiūdo, adcussator ne-
cessariō sese inscribito , licet denunciator non
item. Excipiens, si aduersarium probata exce-
ptione & ab obtinēdo officio beneficōve re-
pelli, & ab obtento deiici futurum siet, ad extra-
ordinariam pœnam sese adstringito. aliàs secus
esto. In discutiunda tali exceptione procurator
interuenire valeto.

23. *At-*
cedens. Criminis autem exceptio alicui obiecta, ni de-
co publicè infamatus siet, conlationis ei factæ
exequutionem ne impedito. Post exequutionē
si legitimus parebit adcussator: causa discutitor.

Si non parebit, aut nō probabit: infamato pur-
gatio indicitor. In ea si deficiet: vt cōvictus pu-
nitor.

De anquisitionibus.

IN aliquem, nisi præcedet infamia ne anquiri-^{19. Cum}
tor. tuncque non inimici, criminisive, sed oporteat.
idonei ad prosequudam anquisitionem, aut te-
stificandum admittuntur. Non probato crimi-
ne infamato purgatio indicitor.

Itaque contra non infamatum, et si duo plu-^{21. Inqui-}
reisive iurati eum crimen aliquod ipsis videnti-
bus admisisse iurabunt, aut famosus in eum li-^{sitionis.}
bellus in occulto porrigetur, ne anquiritor. Sed
nec testibus qui iurati anteve iuramentum eius
se inimicos adserent (ni ante iuramentū in frau-
dem hoc dixisse presumantur) creditor.

Sed nec quis ob solam famam & testium cre-^{θεμα.}
dulitatem deponitor. Infamato autem (vt dixi-^{qua siuisti}
mus) purgatio arbitrio iudicantis imperator. Is
verò, eum cuius apud bonos & graueis lœsa nō
est opinio ob dicta paucorum infamatum ne
autumet, caueto.

Maxime autem in prælatum de iis tantum su-^{24. Qua-}
per quibus infamia præcessit superior anquiri-
to. tuncque eum vocato, anquisitionis capita
exponito, dicta & nomina testium publicato,
legitimas eius exceptiones admittito, probato
crimine grauiore eum ab administratione remo-
veto. In regularibus hæc formula nō usquequa-
que seruator.

Vnde et si abbas exauthoratus circa quem an-^{22. Ad}
quisitor iudicariū ordinem non seruauit sum-^{petitionē.}
mo iure restituundus foret, si tamen superiori
de sufficientibus exauthorizationis meritis con-

De Adcūs. Anqui. & denunc.

Itabit, eum ne restituto, sed priuatum manere iubeto. Quod si alter prioris loco suffectus est, cùm in eo quoque summo iure peccatum siet, sententia remouetor, at eadem ipsa actutum restitutor.

17. *Qua-*
liter &
quando. f. In cæteris anquisitores qui debitum anquisitionis ordinem non seruassint prudenter sese conrigunto. Ii autem in quos anquiritur alicuius ecclesiæ clerici eorum quæ in ea tam in capite quam in membris reformanda erunt, præterquam si occulta sient, meram plenam sese veritatem dicturos iuranto.

18. *Cum*
dilecti. Quod si is in quem anquiritur se tantum ad interrogata responsorum iurassit: volens post confessionem excusationes probare quæ non eam perimant, sed exponant, auditor. Sin meram plenam veritatem dicere iurarat; ne auditor, at punitor.

21. *Inqui-*
sitionis.
in princ. Itaque si crimen per viam anquisitionis probatum tale siet, ut peracta etiam pœnitentia ordinis exequutionem beneficive retentione impeditat: illud veluti in accusationis iudicio punitor. alioquin arbitraria pœna esto.

De denunciationibus.

20. *Cum*
dilectus. P Oblici concubinarii, eoque nomine excommunicati, conspiratores, qui ve non præmonuissent à denunciatione repelluntur.

4. *Omni-*
potens. Quod si legitimus erit denunciator: is de quo crimina nunciantur interim ad honorē ne promouetor.

Immo & contra prælatum de dilapidatione^{27. Prae-}
denunciatum nedum anquiritor, sed & interim^{torum.}
omnis alienandi facultas olli interdicitor.

Denique excommunicationum suspensio-^{26. Olim.}
nūmve sententiae per abbatem iam denuncia-
tum alīumve pro eo in monachos denūciantes
vel ollis adhærentes latæ relaxantor, spoliati re-
stituuntor, iuramenta de tacenda veritate extor-
ta remittuntor, de plano proceditor, at denun-
ciatio dicta testium eduntor, denunciantibus ex-
pensæ de bonis monasterii suppedituntor, qui
tamen huius ergo ab abbatis obedientia ne exi-
muntor, obedientia sine præiudicio litis esto.

Denunciationes ut effectum fortiantur, me-^{25. Sicat.}
tropolitani singulis annis prouincialia concilia
celebranto. In iis de conrigundis excessibus, &
moribus reformatis, maxumè clericorum, tra-
etator, scita canonica leguntor, idoneæ personæ
sequenti concilio, conrigunda denunciaturæ per
singulas diœceses statuuntor. Episcopi quoque
singulis annis episcopales synodos cogunto. In
eis placita prouincialia publicanto. hæc qui ne-
glexint ab exequutione officii suspenduntor.

De calumniatoribus.

Tit 2.

SI quis adœcutione tua occisus est (ni pro pa-^{c. 8. ti. pre-}
ce istuc feceris) in pane & aqua dies quadra-^{cedentis.}
genos cum septem annis sequentibus pœniteto.^{Accu-}
Sin debilitatus tantum : tribus quadragesimis^{fasti.}
pœniteto.

Y iiiii

De simonia.

1. *Cum for
tius.* Quod si hypodiaconus calumniosè diaconū
adculabit: hypodiaconatus officio priuator, ver
beribus publicè castigatus in exilium deporta
tor.

2. *Cum
dilectus.* Sin denunciator tantùm in obiectorum pro
batione deficiet: donec canonice suam purga
uerit innocentiam, ab officio beneficio suspen
ditor.

De simonia Tit. 3.

6. *Sicut i.* Simoniaca pestis, vt primùm eius signa cla
ruerint, ab ecclesia dei eliminator, repellitor.

*Qui simoniam adculare possunt, vel
contra illam testificari.*

3. *Si domi
nus.* Vilibet catholicus in propalanda simonia
ne respuitor, sed & ad id precibus in
uitator.

7. *Tanta
est.* Serui quoque aduersus heros suos, meret
rices, & criminosi quilibet ad adcusementem sim
oniæ admittuntor.

31. *Licet
hely.* Sed & testibus in iudicio anquisitionis contra
se de simonia deponentibus abbas exceptionem
quidē conſpirationis & inimicitiarum obiicere
valet, cæteras autem ne valet.

32. *Per
tuas i.* Sin criminale iudicium adcusementis moue
bitur, idque contra secularem, & eum excellen
tioris dignitatis, aut qui prius optumę famæ fue
rit, nec grauiter infamatum, aut qui non facilè
absque scandalo puniri potessit, aut si nec
dum erunt testes de crimine emendati queis

paria maioráve crimina obiicientur, ac in ad-
cusatum sola testimonia dicta non etiam alia ad-
minicula inducentur: aliud fortè obseruator.

*Quibus casibus prohibita sit pecunia, si-
moniam ve inducat, vel non.*

E P I S C O P V S (vt à prælatis auspiciemur) ma- ^{1. In ordi-}
num quam in ordinatione imponit, vt & mi- ^{nando.}
nister vocem, notarius calatum ne vendito. vn-
de pro ordinatione, vsu pallii, chartis, pastellis
qui ordinatur ne quid dato.

Sic & pro ecclesiarum consecratione nihil ^{10. Cū sit}
præter procurationem episcopus exigito. ^{Romana.}

Omnino autem pro ministerio ecclesiasti- ^{21. Ad}
co exercendo, vicarius ad signandis, chrismate ne ^{nostram.}
quid exigito.

Nedum autem pro chrismatis & olei rece- ^{8. Nō sa-}
ptione, sed nec pro sepultura quicquam adtin- ^{tis in fi.}
gitor, néve quis consuetudine defendantor.

Item pro consecrationibus episcoporum, ^{39. Sicut.}
benedictionibus abbatum, vt & ordinibus cle- ^{iij.}
ricorum conlatis, conferundisive nemo quic-
quam quoque prætextu consuetudinis exi-
gere præsumito.

Maxumè autem in abbatis Cisterciensis ^{43. Ne des}
ordinis solennes & sumptuariæ installationes
prohibentor. Sed & installantes Episcopi, Ar-
chiepiscopive antiqua professionis formula cō-
tentī sunt.

Sanè si electus ordinatori vel consecratori suo ^{18. Etsi}
sine pacto modicum aliquod electuarium due- ^{questio-}
^{nus.}

De Simonia.

rit, quod probabiliter animū accipientis motu-
rū peruersurū non siet: vtrique sine fraude esto.

22. Mat-
thaeus. Aliud si electo sciente & consentiente con-
tradictori data siet pecunia vt à contradictione
desisteret, tunc enim electus vtpote simoniacus
actutum administrationem dimitto.

33. Sicut. ij Sin pro electo fortè confirmando pecunia
data siet, & hoc nedum eo non consentiente,
sed & expressim vetante, nec postea ratum ha-
bente; olli nihil imputator, olli sine fraude
esto.

27 Nobis. Alioquin si fuit electoribus promissa pecunia,
licet ignorassit electus (nisi hoc in fraudem eius
factum siet) electio, vtpote simoniaca, repro-
bator. Cæterū cum electo propter vitium Si-
moniae reprobato episcopus ne dispensato.

46 Man-
dato. Si cui autem Romanus episcopus cum mo-
nachis pecunia receptis dispensandi mandatum
duerit: hoc & ad abbates extēditor. quiquidem
ad resignanda spiritualia temporaliāve nullo
pacto sed adfectu tantūm vltro citrōque præ-
cedente quæ sita ne tenentor. ea de re soli Ioui
satisfaciunto.

34. Tua
nos. Ita & si quis clericus bona sua ecclesiæ con-
ferat expresso pacto vt in ea canonicus recipia-
tur, & illa sibi pro præbendo recipiat: Simonia
quidem esto. Sin absque pacto: non item. Si ta-
men dantis & recipientium ea mēs erit: vtrique
apud deum & cœlum rei sunt.

15. Quere
lam. Ecclesia enim nec emi nec redimi valeto.

17. Ex di-
ligenti. Immo qui tantūm pro consequendo bene-
ficio ecclesiastico homagium, quod vocant, sese

alicui facturum, & fidelitatem præstaturum obligassit simoniam admittito. Per absolutionē certè R.o.pontificis tutus esto.

Nedum autem qui pro indipiscunda eccl^{ia} 12. Cum
fia temporale obsequium alicui præstaſſit Simo- effent.
niæ reus esto, ſed & ei ſuper ea ſilentium im-
ponitor.

Quod ſi quis præbendo renuncians ad quod 26. Ex in
simoniacē, ignoranter tamen adſumptus fue- ſinuatione
rat, ad eam de nouo eligatur: is nihil ſibi ex re-
ceptione prima vindicato.

At ſemel recepto in canonicum, non obſtan- 44. Iaco-
te quod canoniciſ iuxta consuetudinem pran- bus.
dium non dederit, præbendum adſignator.

Nec enim pro personis ecclesiasticis in ſedem 9. Cum in
deducundis, fæcerdotibus instituūdis, vt nec nu- eccl^{ie}.
bentibus benedicundis, aliisve sacramentis cō-
latis, ſeu conferundis quid exigitor.

Idcirco pro chrismate nihil exigitor. nec no- 35. Intat^{ur}
minis variatio, aut annuæ ſolutionis anticipa-
tio quicquam mutato. Nihil item, vt dictū est,
pro ecclesiarum inueſtitura penditor, & pendē-
di conſuetudo per diœceſanum aboletor.

Multò fortius pro excommunicato absoluū- 24. Ad
do ne quid exigitor. Si creditori debitum reddi aures.
derit: ne quid ampliū petitor, gratis absoluitor.

Poblicē autem peccantem nemo precio, gra- 14. Nemo
tiāve epifcopo, eiūſve miniftriſ celato, neu im-
pœnitentem, aut minūſ bene pœnitentem re-
conciliato, eīve reconciliationis testimonium
 fert, aut debitē pœnitentem à reconciliatione
arceto. vitrumque enim simoniacum eſto.

De Simonia.

42. Ad In summa: Ecclesiastica sacramenta libera-
apostolica liter per clericos conferuntur , at laici qui lau-
dabiles consuetudines immutare nitentur per
episcopum loci compescuntor.

Quibus pœnis adficiantur simoniaci.

41. Ad EPISCOPVS (vt à prælatis semper occipa-
diamus.) qui, vt clericos in ecclesiis sibi subiectis
institui, monachos profiteri , mortuos inhumari
permitteret, quid accepit , duplionem redditio
restituto . hoc totum in vtilitatem locorum, in
quorum fuerit dispendium exsolutum, fideliter
conuortitor.

11. De hoc Nam & rex principesve, qui, vt electioni præ-
in si, lati cōsentirent, quid accepsint, accepta ipsi ec-
clesiæ plenè restituere inducuntor.

38. Consu- Quod si qui vicedominatum, aliámve rerum
lere. ecclesiasticarum administrationem sordib⁹ amb-
bierint: & hi & vendentes cum Simone percel-
luntor . ab ecclesia , quam ita numo deturpare
voluere, excluduntor.

39. Vensięs Abbas autem & conuentus si pro recipiundo
monacho pecuniam ex pacto recepsint: eam re-
stituere compelluntor . Idem abbas & maiores
monasterii ab officii exequitione suspēduntor.
ita receptus in alio monasterio degito.

3. Non sa- A monachandis enim pecunia ne requiri-
sis, in pri- tor, neu prioratus aut capelle monachorum aut
clericorum annua distractione venduntor, nec
ab eo cui earum regimen committitur pretium
exigitor . Qui secus faxit dans ac recipiens cum

Simone damnas esto.

Quod si qui regulareis canonici monachíve ^{25. Dere}
per Simoniam scienter monasticum locum in- ^{gularibus}
depti sint: locum dimittúto, solitudines seu alia
districtiora monasteria adeúto , in his exçessum
fuum iugiter deflento. Sin ignoranter: ad renú-
ciandum loco coguntor. in eodem postmodum
(si sine scandalo potis erit) remanento. alioquin
in alio ipsius ordinis conlocantor.

Hæc tamen distinctionem hanc recipiunto. ^{30. Dile-}
Nam si per adçusioneñ constabit fuisse mo- ^{clus. q.}
nachum pecunia receptum: ni ea sine taxatione
gratis oblata fiet , tam in dantes , quām in reci-
pientes canoniceñ seueritatis vltio exercetor. Sin
per inquisitionem folá: receptus in arctius mo-
naſterium dirigitor. prælato , maioribus mo-
naſterii, & officialibus pœnitentia competens in-
dicator. qua pendente ab ordinum exequutione
suspenduntor.

Religiosæ quoque precio receptæ vnà cum ^{40. Quo-}
recipiētibus de monasterio pelluntor, in arctio- ^{niam.}
raad pœnitentiam agundam retrudútor . Ante
hoc statutum receptæ in aliis eiusdē ordinis lo-
cis conlocantor. Si multitudo non feret: in pro-
priis remanento. At in finum gradum tenento.
hæc ad religiosos porriguntor. singulis annis per
dicecesanos publicantor.

Si quis ordinandus præsentatori suo aliquid ^{20. Ese}
ex pacto duerit: simoniacus esto . Religionē af-
sumere & perpetuò ab officio abstinere mone-
tor. Si induci nō poterit, & occultus fiet: ne co-
gitor. olli tamen secreta pœnitentia iudicator.

De Simonia.

37. *Per tuas sy.* Immo qui in hypodiaconum ordinatus cum suppositicio præsentatore suo tantùm pepigit nihil se ab eo petitum, et si peccare non existimat, in suscepito ordine ministrare, aut ad superiores ascendere sine dispensatione ne valeto.

45. *Siquis* Generaliter autem si quis aliquem ordinassit, ad ordinem præsentassit ea lege ne ab eo super eius prouisione molestetur: ordinator à collatione, præsentator ab administratione ordinum per triennium, ordinatus autem à suscepito ordine, donec cum eis sedes apostolica dispensarit, suspensi sunt.

22. *De simoniacè monitacè.* Qui vero ignorantes simoniacè ordinati sunt, cum simoniaci non sient, in suis ordinibus remanere possunt.

35. *Per tuas sy.* Quod si quis ordinatorem suum simoniacum esse quorundam relatione accepit: in suscepito ordine securè ministrato, ad superiores autem, si eum conscientiæ scrupus male habebit, antequam eum deposuerit ne ascendito.

4. *Accusatum.* Denique Simoniæ tantùm accusatus lite pendente à sacrificio prohibetur.

5. *Quoties* Sed & si aliunde forte ad superiorem suspicio peruerterit idem obseruator.

11. *De hoc* Sin plenè conuictus erit Simoniæ, confessus in iure, aut infamatus qui se purgare non poterit: deponitor.

2. *Qui alium.* Sic, verbi gratia, qui alium in ecclesia ordinatum per pecuniam expulerit, & eam ita vendicassit, expellitor.

13. *Institutionem.* Sed & notorii Simoniaci beneficiis simoniacè indeptis priuantor. Sin tātūm publica labo-

rabunt infamia: ollis, vt se quinta sextáve manu
sui ordinis purgent, indicitor, si non potesint:
par pœna esto.

Sic qui pro chrismate quid exegerint peri-^{16. Eaque}
culum ordinis & dignitatis non immerito for-
midanto.

Sic capellanus qui pro exequiis mortuorum, ^{29. Sua m.}
vel benedictionibus nubentium pecuniam ex-
torserit, ni destiterit, & pro excessu satisfaxit,
pœna canonica adficitur.

Multò magis ergo si quis alicui prælato pe-^{28. Dile-}
cuniā duerit ne in iure suo de facto mole-^{etius. i.}
stetur, pecuniam (maxumè si pactum non ser-
uabitur) repetito.

*Ne prælati vices suas, vel ecclesiastas sub an-
nuo censu concedant. Tit. 4.*

DE C A N I , vel archipresbyteri ad agendas ^{1. Preter-}
vices episcoporum, seu archidiaconorum, ^{ea. 2. Quo-}
& terminandas causas ecclesiasticas sub anno ^{niam. I.}
precio ne instituuntor. Si factum erit: institutus
officio priuator, episcopus officii conferundi
potestatem amittito, aliásve districione eccl-
esiastica percellitor. Alius qui hoc faxit à clero
remouetur.

Sic & sacerdotes cæteri ad ecclesiistarum regi-^{3. Quoniam}
men sub anno precio ne statuuntor. ^{ij.}

Ecclesiistarum autem fructus ad certum usque ^{4. Quo-}
tempus sub anno censu cōcedi possunt, intra ^{relax.}
quod qui accep̄sint ne molestantor.

*De magistris, & ne aliquid exigatur pro
licentia docendi. Tit. 5.*

1. Quoniam in prin. PER vnamquamque cathedralem ecclesiam magistro, qui clericos eiusdem, & scholares pauperes gratis doceat, competens beneficium præbetur.

4. Quia. Immo nedum in qualibet cathedrali ecclesia, sed & in aliis quæ hoc potessint, magister à prelato cum capitulo elegitor. Is ecclesiarum ipsarum clericos Grammaticam doceto. Sed & Metropolitana theologum quoque habeto. Is sacerdotes & alios in theosophia, maxumè autem in iis quæ ad curam animarum spectant, informato. Cuilibet magistrorum vnius præbendi prouentus à capitulo adsignator, & à metropolitano tantundem theologo. huius ergo tamen canonicus ne efficitor, at reditus quandiu docebit percipito. Sin duobus metropolitana grauabitur ecclesia: theologo ipsa prouideto, grammatico in alia ciuitatis aut diœcesis prouideri facito.

2. Prohibeas. Sanè si quis magistros in congruis locis instituere distulerit: supior adpellatione postposita *theologiae.* instituto.

5. Super specula. Quæ de theologo dicta sunt ut effectum habeat, prelati & capitula dociles aliquot ad theosophiæ studium destinato. Ollis si reditus proprii non sufficient, necessaria subministranto. Theosophiam autem docentes quandiu docebunt, at studetes lustro toto beneficiorum suorum fructus integrè percipiunto. Contraria cōfuetudo

suetudo statutūmve ne obesto.

Sed nec consuetudinis obtentu pro licentia 1. *De pœ*
docendi quisquam precium exigito, nec ab eis pro licen-
quos docet aliquid quærito, né ve docere quen-^{tia.}
quam qui idoneus fiet petita licentia interdi-^{3. Quæsto.}
cito qui faxit beneficiis priuator.

Sed & solutum pro licentia docendi resti-^{2. In prin-}
tui, promissūmve remitti episcopus adpellatio-
ne cessante facito

*De Iudeis, Sarracenis, &c. eorum ser-
nis. Tit. 6.*

Iudæi vtriusque sexus, Sarracenive in chri-<sup>15. In nō-
stianismo habitu ab aliis distingūntor, in die nullis.</sup>
parasceues in publicum ne prodeunto, in contumeliam creatoris ne profiliunto, presumpto-
res per principes seculareis compescuntor.

Iudæi itaque in parasceue ostia, fenestrâsve a-^{4. Quia}
pertis ne habento. ^{super his.}

Qui tamen sicut nouas erigere synagogas nō ^{3. Iudei.}
finuntur, ita veteres habere permituntor.

Sed & si antiquæ coruerint, vel ruinam mi-<sup>7. Conſi-
habuntur : eas liberè reædificanto, at ne exal-
tanto, amplianto, preciosiorésve quām antea
faciunto.</sup>

Iidem ad baptismum ne coguntor, né ve sine ^{9. Sicut.}
iudicio occiduntor, volnerantor, aut rebus suis
spoliantor. Bonæ quas habeat consuetudines
ne immutantor. Maxumè autem in festiuitati-
bus suis ne turbantor. Angariæ aut parangariæ,
nisi quas hæctenus præstiterunt, ne ab eis exi-

De Iudæis, Sarrace. & eorū ser.

guntor. eorum sepulchra ne violátor. Qui quid horum faxit, ni satisfaxit, dignitatis & officiū sui periculum patitor, aut excommunicator.

s. Iudei. Multò ergo fortius si qui ad fidem conuorsi
ii. De μα erunt possessionibus suis ne excluduntor. Si factum erit: principes locorūmve potestates sub pena anathematis eas ollis reddi faciunto.

s. In prin. Item Iudæi, Sarracenivē nullam ob causam christiana mancipia habento. qui cum eis habitare præsumpsint excommunicantur.

s. Presen-
ti. Nullum itaque christianum mancipium Iudæo seruito. datis pro bono mancipio duodenis solidis ipsum quilibet christianorum ad ingenuitatem, aut seruitum, si volt, redimito. Si christianus fieri desiderabit, & non permittetur: idem esto.

19. Nulli. Immo hodie si intra trimestre vñalem ipsum non exposuerit, vel ad seruiendū sibi emerit: nec ille ipsum vendere, nec aliis comparare audeto. Etenim nullo dato precio ad libertatem perducitor.

2. Multo-
rūm. Tametsi verò nulli Iudæo christianum mancipium retinere liceat, adscribiticum tamen liceto. Is consuetum canonem reddito, cæteraq; sua munia obito. Ultra quæ nihil olli oneris interdicator. Qui secus faxit, vel eum ad alium locum transstulerit, is sibi ius suum tollito, sibique imputato.

8. Ad
hac. Cæterūm christianis omnibus, ne se promercede aliqua Iudæorum seruitio dedant, sub ecclesiastica pœna interdicator. Obstetrices, nutricésve christianæ infantes eorum apud eos

tie nutriunto.

Iudæi ergo nutrices vel seruientes à christia-^{13. Et si.}
nis ne habento. Si non dimissint:christianis om-
nibus,ne cum eis commercium aliquod exer-
teant,sub pœna excom.inhibetor.

Sed & Iudæus, Paganusve publicis officiis^{16. Cū sit.}
ne præficator,qui præfecerit per cōcilium pro-
tuinciale punitor compescitor.præfecto,donec
officium depositerit,& inde quæsita in vſus chri-
stianorum pauperum pro arbitrio episcopi con-
uerterit,christianorum communio denegator.

At si fors rex aliquis redditus suos Iudæis vel^{18. Ex spe}
Paganis vendiderit: christianum clericis ecclæ-^{cials.}
siisve non suspectum deputato. Per eum Iudæi,
Sarracenive sine christianorum iniuria regalia
iura consequuntur.

Quòd si Iudæus clericum percusserit: pecu-^{14. Postu-}
niaria pœna,aliáve temporali per ecclesiasticum
iudicem punitor,laſſoque satisfactionem exhi-
bere damnas esto. alioquin domin⁹ eius,vt hoc
fieri curet,monetor inducitor. qui si negleget:
christianis omnibus per censuram ecclæ.Iudæi
commercio interdicitor.

In Sarracenis autē nominatim hæc obſeruāto.

Qui Sarracenis merces prohibitas deferent,^{6. Ita quo}
in eorūmve nauibus aliquod munus gerent^{rundam.}
ab ecclæ extorres sunt, rebus suis priuan-
tor, serui capientium efficiuntor. In eos fo-
lennis excommunicatio pér maritimas, vrbes
profertor.

Et generaliter qui cum Sarracenis commer-^{12. Quod}
cium habessint,vel per ſe,aliósve aliqua eis sub-^{olam,}

De Hæreticis.

sidia consilia constantibus bellis impenderint,
excommunicati sunt.

17. *Ad liberandā* Sed & talibus, ni totum id quod ex huiusmodi commercio percepint, & tantundem ex suo in terræ sanctæ subSIDium trāsmiSSint, gremiū ecclesiæ ne aperitor. Si soluendo non erunt: exemplari pœna castigantur.

11. *Significavit.* Qui autem ad redimendos captiuos Alexandriam ire volent, ita demum si priùs episcopo suo iurarint, nil se Sarracenis omnino subSIDii præter redemptionis precium delaturos, hoc eis liceto. Qui autem publicatis induciis prohibitas merces eis deferent, vt & qui non quidem per seipsoS sed per nuncios deferent, excommunicationem ne euitanto. In iis, qui se amplius ad Sarracenos, nisi pace inter eos & nos inita, cum mercibus non ituros iurassint, factis autem induciis iuerint, idem esto.

18. *Quā j.t.* Quod si qui ad euangelisandum paganis exhibunt: eis iis cibis qui adponentur, cum modestia & gratiarum actione, seruata temporū qualitate, yti liceto. Quisquis autem religiosus clericusve idoneus eo exire volet, id ei requisita & habita prælati sui licentia authoritate apo. fas esto.

De hæreticis. Tit. 7.

1. *Dubius in prin.* NVnc de infidelibus hæreticis tractator. Dubius in fide infidelis esto.

2. *Qui alios.* Sed & qui errantem, cùm potest, ab errore non reuocat errare conuincitor.

Infidelium autem hæreticorum pœnæ hæ sunt
to. Omnis hæresis aduersus catholicam fidem
se extollens extra communionem esto, vniuer-
sique hæretici, quibuscumque nominibus cen-
seantur, condemnati sunt.

13. Exco-
munica-
mus. i. in
prin. &
15. in prin

Credentes, receptatores, defensores, fautores
hæreticorum excommunicationi subiacento.
S. pax.
credentes.
Vbi quis talium excommunicatione notatus
fuerit, si intra annum satisfacere contempserit,
ex tunc iure ipso infamis esto. Ad publica ofſi-
cia, consilia, suffragia, testimonium me ne admit-
titor, intestabilis esto. heres ne esto. Nullus ei su-
per quacunque re, sed ipse aliis respondeto. Iu-
dex si erit: eius sententia ne valeto. causæ ad
eius audientiam ne perferuntor. Si aduocatus:
eius patrocinium ne recipitor. Si tabellio: in-
strumenta ab eo confecta nulla sunt. In cæte-
ris id genus idem esto. Si clericus erit: ab omni
ofſicio beneficio deponitor. Qui autem taleis,
postquam ab ecclesia indicati erunt, vitare con-
tempſint, donec satisfaxint excommunicatione
percellūtor. Sed nec talibus ecclesiastica sacra-
menta ministrare clerici præſumpto, néve eos
christiana sepultura dignantor, eleemosynas, &
oblationes eorum ne percipiunto. Alioquin of-
ficio priuātor. Ad quod sine speciali sedis apo-
indulto nunquam restituuntor. hæc & regula-
res obſeruant. Sin transgredientur: ultra pœ-
nas antedictas eorum quoque priuilegia in ea
diocesi in qua talia præſumplint ne feruan-
tor.

Hæretici enim, defensores, receptatores ve
8. Sicut
Z iii atq.

De hæreticis.

eorum cùm anathemati subiaceant, eos in domo, terráve sua ne quis teneto, foueto, néve cù eis negotiator. Qui faxit, & ita decesserit, oblatio pro eo ne fiat, nec inter christianos sepelitor.

2. Ad a- Nendum autem vinculo perpetui anathematis bolendam hæretici innodati sunt, sed & hæreseos coniunctus si clericus vel regularis erit (ni se actutum conriget, & errorem legitimè abiurabit) omni officio & beneficio exauthorator, curiæ seculari traditor. Laicus autem immediate per eandem punitor. Suspectis, ni se canonice purgabunt, eadem pœna esto. Relapsis audientia denegator. Potestates seculareis de iuuanda contra hæreticos ecclesia iuranto. Iurare si nolent: honore habitu spoliantor, ad alios ne adsumuntor, excommunicantor, eorum terræ interdicto subponuntor. Ciuitas si hæc scita negleget: aliarū cōmercio, & episcopali dignitate priuator. Exempti quoad hæresim ordinariis subiacēto.

3. De monean- Seculareis ergo magistratus, seu perpetui, seu temporarii, cùm adsumentur, hæreticorum extermineionem iurare monentor, compelluntor. Quod si quis dominus temporalis ab ecclesia requisitus terram suam hæreticis expurgare negleget: excommunicator. Intra annum ni satisfaxit: summō Pont. nunciator. Is eius vasallos à fide olli debita absoluito. terram eius catholice occupandam exponito. At si dominū quandam principalem habet: huius (si non & in culpa fiet) ius saluū esto.

36. Ab solutos. Quicunque enim manifestè lapsis in hæresim

aliquo pacto quantuncunque vallato adstricti
erant, sese à debito fidelitatis, dominii, & totius
obsequii absolutos noscunto.

Quid quod & cruce signatis ad hæreticorū^{13. θεμα.}
exterminationem eadem priuilegia quæ cruce^{Catholici.}
signatis ad terræ sanctæ subsidiū conceduntur.

Itaque hæreſeos damnati (vt ſemel atque ite-^{13. & 15.}
rum dicam) ſecularibus potestatibus puniundi^{θεμα.}
relinquuntor. In clericis tamē exauthoratio præ-^{Dānati.}
cedito. laicorum bona confiſcantor. Clericorū
autem ecclesiis, à quibus ſtipendia recepſint, ad-
dicuntor.

Denique hæreticorum bona, etſi catholicos^{10. Ver.}
habebunt liberos, in quibuscumque terris ſient,^{gentis.}
confiſcantor.

Immo epifcopus hæreticum, paganūmve, ta-^{5. Si quis}
metſi confanguineum hæredem inſtituens ex-^{epifcopus.}
communicatus nunciator, nomen eius inter dei
ſacerdotes ne recitator.

Quod de epifcopis & preſbyteris diſtum est^{6. In eos.}
hoc & ad cæteros clericos porrigitor.

Sed & aduocati, ſcrinarii ve hæreticis, eorūm-^{11. Si ad-}
ve fautoribus ne consulunto, fauento, nec qui-^{uersus.}
dem ſub eorum examine litigantibus patroci-
nantor, publicavē instrumenta faciunto. Qui
ſecus faxint, ab officio ſuſpēſi infamia notātor.

Porrò hæreticorum erroribus credentes ſimi-^{15. θεμα}
liter vt hæretici iudicantor.^{fi. in fi.}

Qui ſuſpecti erunt, ni (vt prædictum eſt) ſeſe^{13. θεμα.}
purgabunt, anathemate feriuntor, ab omnibus^{Qui autē}
euitantor. Si per annum in excommunicatione
ſteterint: vt hæretici damnantor.

De Hæreticis.

1. In fin. Qui autem tantum fidem ignorabunt, ollis ne creditor.
15. Θεμα. Quod si quis in hæresi deprehensus redire f. in prim. volt: ad agendam pœnitentiam in perpetuum carcerem mittitor.
3. Firmis. Alioquin hæreticus perseverans in æternum sine. damnas existumator. Olli nec baptismus, nec eleemosyna, nec martyriū ad salutem conferto.
4. Frater. Authore autem damnato eius scripta ne reci-
nitas. piuntor.
12. Cū ex iniuncto. Cæterum laici conuenticula in furuo ne cele-
branto, officium prædicationis ne usurpanto,
sacerdotum simplicitatem ne eludunto, néve
eorum, qui sibi in talibus non adhærent, consor-
tium adsperrnantor.
14. Sicut in vno. Itaque laicis, cuiuscunque ordinis conseantur,
officium prædicationis interdicitor.
13. Θεμα. Immo quicunque præter authoritatem apo-
quia vero stolicæ sedis vel episcopi prædicationis officiū
publicè vel priuatim usurpare presumunt, ex-
communicantur. Ni actutum resipiscunt: alia
competenti pœna plectuntur.
7. Cum Christus. Christum autem verum hominem non esse
ne quis omnino dicere audeat, sub anathemate
interdicitor.
13. Θεμα. Episcopi hæc singula exequunda curant-
fi. Quod si quis eorum in persequenda hæresi
neglegens erit: deponitur. Alter idoneus eius lo-
co sufficitor.
13. Θεμα. Idecirco Archiepiscopus, episcopusve per se,
vel alios idoneos parochiam suam de hæresi su-
spectā saltem semel in anno circumito. Ibi i treis

plurēisve probos viros, aut, si necessum erit, viciniam totam de indicandis hæreticis, hærescōsve suspectis iurare compellito. Indicatos ad se euocato. hi, nisi se purgabunt, aut si exhibita purgatione relapsi erunt, canonicē puniuntor. Si qui verò iurare respuerint: ex hoc hæretici censentor.

De schismaticis, & ordinatis ab eis. Tit. 8.

ORDI NATIONES, beneficiorum conlatus, rerum ecclesiasticarum alienationes prædecessores. Schismaticis factæ in ritæ inualidæ habentor. Alienata ad ecclesias sine onere reuortuntor. Qui contrauenire præsumet, excommunicatiōni subiaceto. Sed & qui Schisma tenete sponte iurassint ab ordinibus & dignitatibus suspenduntor.

A Schismatico itaque ordinatus, ni per habētatem potestatem secum dispensatum probabit, auctum ab officio repellitor.

De Apostatis, & Reiterantibus Baptisma. Tit. 9.

De Apostatis.

QVÍ per baptismum Christiani facti sunt 4. Quidam Christianam Religionem obseruare, prioris sectæ ritus dimittere compelluntor. Sic & Apostatæ, qui habitum abiecerunt, ad 5. Anobis.

De iis qui fil. occiderunt.

eum resumendum grauissimo carcere & pœna
per episcopum coguntur.

6. *Consul-tationi.* Talis monachus in apostasia sacrum ordi-
nem recipiens, quamvis abbatii recōciliatus siet,
& pœnitentiam recepsit, absque Ro. Pont. di-
spensatione in eo ne ministrato.

7. *præterea.* Puri autem clerici qui habitu & ordine cle-
ricali relicto in apostasia ut laici degūt, si in cri-
minibus comprehēsi tenebuntur, per censuram
ecclesiasticam liberari ne præcipiuntor.

3. *The.* Huiusmodi clerici de apostasia solum infamati
in seculari habitu ne tolerantor, sed defi-
ciente probatione ad purgationem adiguntqr.

Et Reiterantibus baptisma.

2. *Ex līte
rārum.* **A** Coluthus, qui anabaptistæ ministeriū præ-
buescit, si factum eius publicum erit (ni fa-
uore religionis cum eo dispensabitur) ad su-
periiores ne promouetor, sin occultum: promo-
uetor, pœnitentia crimen expiato.

De iis qui filios occiderunt, *tit. 10.*

3. *De infā
tibū.* **P**Arētes quibuscum infās reperitur mortuus,
nec adparet à patre matrē obpressus, vel
subfocatus, aut morte propria defunctus siet,
impuneis ne funto. at casus ratio habetur. his
sibi consciis trium annorum pœnitentia, quorū
vnum in pane & aqua peragant, indicitor.

Quod si mater in calore filium occiderit: 1. *Venientia*
perpetuò in monasterio pœniteto. Si tamen de
incontinentia timebitur; ei nubendi licentia
tribuitor.

Mulier filium occidens, quæ liberos alios ha- 2. *Intelle-*
bet, non ideo à viro separator. ea olli (et si is ean-
dem abiurassit) restitutor, filios suos gubernata-
to, alias autem sceleris sui pœnam luto.

*De Infantibus, & languidiis
expositis. Tit. II.*

IN F A N S à patre, patrono, domino, vel 1. *Si à pa-*
alio eo sciente ratumve habente expositus à *tre.*
patria potestate, libertinitate, dominio libera-
tor. In languido proiectæ ætatis exposito,
cuive alimenta negabuntur idem esto. Qui ta-
men ei alimenta præstabit non ideo ius aliquod
in eum querito.

*De homicidio voluntario, vel
Casuali. Tit. IZ.*

QVI sciens prudens & insidiosè proxumum occiderit ab altari euellitor, olli capital esto. 1. *Siquis*

Furem verò, qui manifesto furto prehensus 3. *Si perfo-*
erit, si furtum aut noctu faciat, aut interdiu, *diens.*
cùm prehendetur, se telo defendat, impunè
occidere liceto.

Si tamen furem latronemve, ybi poterat abs- 2. *Interfa-*
cisti.

De homicid.volun,vel cas.

que nece comprehendendi, extinxi : quadragenos dies ecclesiam ne intrato . quo tempore lanae veste induitus ab escis , & potibus interdictis, thoro, gladio, equitatu abstineto. tertia quintáve feria & sabbato legumine, vel olerib', pomis, piseiculis , mediocríque ceruisia temperatè vtitor. Sin absque odii meditatione te tuaque defendédo interfeceris: ii iejunare voles, bene esto, largiter eleemosynam facito. Quod si presbyter faxit : eius ergo ne deponitor , at dum viuet pœniteto.

6. *Sicut i.* In imponenda autem singulorum excessibus *in prin.* pœnitentia quantitas , qualitásve delicti , actas, scientia, sexus, conditio delinquētis, locus, tempus adtenduntor.

8. *μα. 1.* Qui cum homicida animo innocentem occidundi, feriundi, capiundi venere, licet non adtingere, si tamen homicidium sequutum est , ollis coniuratoribus par ferè pœnitentia indicitor.

4. *Cum iu ramento.* Iuramentum quantumvis generale iurantem ad faciendum homicidium ne obligato.

6. *θεμα.* Qui autem, non vt ferirent, venerunt, sed vt *Qui vero.* illi etiam percussoribus, si fors impedirētur, opem ferrēt, hi paulò minore pœna plectuntur.

8. *μα.* At qui homicidam ad odium, quod homicidio causam duit, inflamarunt, nisi ad illud ipsum homicidium faciendum inflammassint, nō æquè cum homicida puniuntur.

8. *μα.* Sed nec hi, qui licet coniurationis ignari, siccariis tamen, quos sicarios esse non ignorabant, in sarcinis custodiundis ministerium præbuerint, impuneis sunt.

Qui verò solum occisi spolia occuparunt, ab θεμα.
homicidio quidem immunes sunt, at ea resili- *Eos insu-*
tuunto, & pœnitento, nec, si ea se pauperibus *per*
erogasse causabuntur, cùm dominis reddere
possent, audiuntor.

Item qui sola cum excommunicatis interfef- *θεμα.*
ctoribus participatione rei sunt, his diuersimo- *illis.*
de pro modo participationis pœnitentia iniun-
gitor.

Quod si qui clerici homicidio armati inter- *θεμα.*
fuere, aut capiundi interfecti consilium dedere; *Clericos.*
ab altaris ministerio perpetuo deponuntor, in
ecclesiis nunquam lectiones legunto, in choro
separatim responsoria cantanto, pœnitento, atq;
in monasterio (si fieri poterit) cluduntor, ad se-
ptennium aut quinquenium usque ecclesiarum
introitu arcentor.

Sed & generaliter qui homicidio causam de- *11. De ca-*
derit ad sacerdotium ne promouetor. *tero.*

Itaque si diaconus cum ludo operam daret *8. Conti-*
imprudens hominem interfecit: sine licetia Ro. *nebatur.*
Pont. ad superiore gradum ne ascendito, nec
quidem in diaconatu ministrato. in hypodia-
conatu eum episcopus, si volt, ministrare patitor.

Quod si is omnino in colpa non fuerit, sed *9. Lator.*
conlutor ~~qui~~ vim faxit: liberè ad sacros promo-
uetor.

Si quis enim cùm rei licetæ operam daret, ca- *21. Ioannes*
sus omnis fortuitos non præuidit: nihil im- *25. Quide*
putator.

Alioquin si ex alicuius opera inlicita homici- *10. Suscep-*
dium sequutum erit: is, tametsi monachus, ab *puncto.*

Dehomicid.volun.vel cas.

altaris ministerio abstinentia, peccatum suū p̄lati sui arbitrio expiato.

19. *Tua nos. inspri.* Vnde monachus chirurgiam exercens, si inde mors sequatur, et si peritus in arte fiet, & diligens, & hoc pietatis ergo faxit, quia tamen alienum officium usurpauit, ni cum eo post satisfactionem misericorditer dispensabitur, irregularis esto.

22. *Exhi- bita.* Homicidium autem casuale ei qui nec occidit, nec in colpa fuit, et si forte ad cautelam veniam postulat, ne imputator.

19. *Deuxfi.* Sed & si magistratui furem indicavit à quo vulneratus fuerat, licet fur postmodum occidatur, irregularis ne esto.

21. *Postu- lasti.* Si enim te de maleficis quibusdā apud regem conquerente, & iusticiam implorante rex in eos gladium exercuerit: eorum tantum malicie imputator.

17. *Petrus* Multò magis is, quo nedum causam non dante, sed & prohibente à consanguineis eius aliquis eiusdem aduersarius occisus erit, homicidireus ne esto.

13. *Dile- citas.* In summa: homicidium casuale ei qui rei literis operā duit, nec in colpa fuit (ni circa presbyterum graue scandalum exortum fiet, vel tanta laboret infamia, vt deficiente accusatore canonica ei purgatio indici debeat) ne imputator.

14. *Ex literis i. Ex li- teris. q. 16. Significa- sti. s.* Sin quis libidinis ergo vel odii viro mulierī ve- quid faxit, potandumve dederit, vt generare, concipere, nascīve soboles non possiet: homi- cida esto.

Vnde Presbyter qui causam abortui præbuerit, si iam viuificatus erat conceptus, irregularis ^{20. Sicut} esto, aliás ne esto.

Item si presbyter intuitu disciplinæ puerum ^{7. Presby} in capite percussiterit, qui post paucos dies ex ipsa ^{terum.} percussione vel ob eam exspirassit: officio facer dotali exauthorator.

Sed & si dubium erit, an ex ipsa percussione ^{12. Ad} deceperit: in dubio tutius elegitor. idcirco ^{audiētū,} presbyter in sacris ordinib^o ne ministrato. cūm pœnituerit minoribus vtitor. Sin aliunde mors acciderit: & in sacerdotio vt priùs ministrato.

Si ergo discerni poterit sacerdotem volnus ^{18. Signis-} lethale non inflixisse, sed tale de quo quis, si a- ^{ficasti. q.} liorum non fuissent subsequuta volnera, non interiisset, & occidendi voluntatem non habuerit: in sacerdotio ministrato. Si discerni non poterit: in dubio pro homicida habetur. Quamuis autem vim vi repellere omni iure liceat: id tamen cum moderamine incolpatæ tutelæ ad propulsandam iniuriam, non ad vindictam capiundam intellegitor.

Denique si clericus etiam contra infideles ^{24. Peti-} pugnando quempiam percussit, ipsūmque de ^{tio.} interfectione conscientia remordebit: altaris ministerio abstineto.

De Torniaminibus. Tit. 13.

Torniamina ne sunt. in his qui volneratus ^{1. Falcis;} erit, ei pœnitētia ne negator, at si morietur: ecclesiastica sepultura careto.

De cler. Sagit. & Adult. &c.

2. Ad Hæc ita demum, si hue animo pugnandi accidensit, cessit, obseruantor. Sin alterius rei ergo, causa forte debita recipiundi (maxime si Eucharistiæ & oleum suscepit) secus esto.

De Clericis pugnantibus in duello. Tit. 14.

1. Porro. C L E R I C V S monachus, siue duellum obtulit, siue suscepit, victor, victusve deponitor. Si tamen mors, membrorumve mutilatio sequuta non fiet: episcopus cum eo dispensare valet.

2. Henr. Clericus autem nedum si per se ipse occidat, sed & si pugilem supposuerit qui aduersarium interficiat (ni cum eo circa habendum beneficium dispensabitur) irregularis esto. Consuetudo regionis ne excusat. Homicidiū enim factō, præceptō, consilio, defensione perpetrari intellegitor.

De Sagittariis. Tit. 15.

1. Artem A R S sagittariorum aduersus catholicos sub pena anathematis ne exercetor.

De Adulteriis, & stupro. Tit. 16.

De adulteriis.

4. Mari. M A R I T O etiam ex suspicione vxorem accusare liceto. Is enim plus cæteris de adulterio & accusare & defendere valet.

Quod si

Quod si scierit eam delinquisse, quæ tamen ^{3. Si vir.}
non pœnituerit, sed in fornicatione manserit, &
vixerit cum ea: eius peccati reus esto. Sin ea pœ-
nituerit, & reuerti volet: is eam aliquotiens, at
non sæpe, recipito.

Si tamen mulier viri restitutionem petet, & ^{6. Intelle-}
is de adulterio excipiet: nisi adulteratus fuerit, ^{ximus.}
eam recipere ne cogitor. Nā si adulteratus erit: ^{7. Tua.}
paria delicta compensatione tollantur.

Ad solam autem mulieris cōfessionem si cum ^{5. Signifi-}
sacerdote adulteratum adserentis sacerdos ne ^{casti.}
punito. Sanè infamato purgatio indicitor. hanc
si debitè præstabit: absoluitor. sin deficiet: ab
officio suspenditor.

Et stupro.

QVI virginem stuprassit is eam vxorem ha- ^{2. Perne-}
beto. Alioquin si renuet: corporaliter ^{nit.}
castigatus, & excommunicatus in monasterium,
in quo pœniteat, retrudito.

Nedum autem vxorem habeto, sed & dota- ^{1. Si sedu-}
to. quod si pater eam olli nubtui conlocare no- ^{xerit.}
let: nihilominus dotato. dos, iuxta modum,
quem virgines accipere consuerunt, consti-
tuitor.

De Raptoribus. Tit. 17.

QVID si quis puellam rapserit? Certè si ^{7. Acce-}
reconciliati erunt, & legitimè personæ ^{dens.}
sient: insimul contrahunto.

Quod si faxint, & matrimonium consum- ^{6. Cū casta-}
matum erit: iam alteri sine alterius adsensu mo- ^{sa. θεμα.}
prateret.

AA

De Raptoribus.

nasterium ingredi, aliterve continentiam profiteri ne liceto.

6. In prin-
cipatu. Raptus autem ita demum, si nihil ante de-
nubtiis actum erit, adpellator. Vnde qui mu-
lieris adsensum habessit, & prius quam cognouerit, desponsassit, licet parentes puellæ recla-
marent, raptor ne dicitor.

4. In ar-
chiepisco-
patu. Cæterum de raptu virginum, puerorumve
abusu, & occisione prælatus ex delegatione
principis etiam contra infideles cognoscere va-
leto. hos multato, flagellato, at flagella in vin-
dictam sanguinis transire ne videantor. Sin
grauior excessus erit, ut mortem, membrorumve
truncationem desideret: reum ad principem
remittito, amandato.

3. Excom-
muni-
cationi. Qui autem Christianos iusta de causa nau-
gantes capere, aut rebus spoliare præsumplint,
excommunicantur. qui eosdem naufragium fa-
cientes spoliabunt, ni ablata restituent, excom-
municati sunt.

1. De illis. Sed & qui locum aliquem pertransentes in
eo rapinas admisint, ab illius loci prælato ex-
communicantur. antequam factum emendassint
parochia illa ne exeundo. excommunicatio epi-
scopo proprio nunciator. is, antequam eò re-
dierint, & satisfaxint, eos ne recipito.

2. Super eo. Qui verò in violenta rapina, seu violatione
ecclesiarum manifestè deprehensus erit, ei in
vita, morteve (ni prius ablata restituat si pote-
rit, vel de restituendo caueat) penitentia nega-
tor. Sed & si inter viuos satisfacere aut satisdare,
cùm posset, noluit, in morte autem vult, cùm

nō potest: viaticum quidem non negator, at eius sepulturæ nullus clericus interesto, eiūsve elemosynam accipito. Qui contra prædicta quid faxit, officio beneficio careto.

Hodie verò etiam incendiarius ecclesiæ in 5. In lite morte pœnitens & absolutus in cœmitorio se-
ris.
pelitor, at hæredes ad debitè pro eo satisfaciun-
dum monentor, compelluntor.

De Furtis. Tit. 18.

HO M I N E M qui clepserit, & venum derit, conuictus morte moritor. *1. Qui fra-*
ratur.

Qui verò rem aliam, quanuis sacram, & in 5. Ex lite
sacro loco subrepserit, is post restitutionem, &
pœnitentiam (modò infamia non laboret)
etiam ad sacros ordines, si idoneus siet, promouetor.

Sed & si quis fame, nuditatēve coactus ci-
bos, vestem, pecus, furatus erit: hebdo-
madas treis pœniteto. si restituerit: iejunare
ne cogitor.

Extra has causas qui furatus deprædatus erit, *2. Furens.*
& in furando deprædando occisus, pro eo ne
orator. At si deprensus aut volneratus confes-
sionem faxit: ei communio ne negator.

Nendum autem fur, sed & qui furti con-
scius quærenti domino furtum non indicat, *4. Quis*
cum fure-
reus esto.

NV N C de vſurariis tractator. Et primūm quidem vſurarius quis sit definito.

19. *Nauis* Itaque qui mutuat vltra sortem quid receptus, etſi periculum in ſe fufcipiet, vſurarius censetor. Qui verò rem minùs iusto pretio emit, ſi tamen tunc verofimiliter dubium eſt, res plus minùſve traditionis tempore valitura ſiet, vſurarius ne eſto. Ob hoc ipsum dubium qui rem vendit, vt plus quām tunc valeat, certo termino recipiat, ſi modò tempore contractus venditus non erat, excusator.

20. *Consu* Mutuans ergo ea mente, vt vltra sortem quid luit. recipiat, ſi recepſit, ad id restituundum in foro animæ tenetor. Id in eo qui parabolam iuramenti, niſi quid emolumenti reciperet, concedere noluit, obſeruator. Sed & in eo, qui ſimpli- citer rem plūs quām valet ob dilatam ſolutio- nem vendidit, idem eſto.

6. *In ciui- tate.* Qui enim rem plūs iusto pretio ob dilatam ſolutionem vendiderit, ni (vt prædictum eſt) dubium erit, an ſolutionis tempore res plus mi- nùſve valitura ſiet, peccare intellegitor. A tali contractu abſtinetor.

7. *Præter- ed.* Generaliter autem prælatus parochianis ſuis vſuras recipere interdicito. Si parere contem- pſint: clericos officio beneficio ſuspendito, laicos, donec ſatisfaxint, excommunicato.

2. *Quonia* Vnde quicunque tam clerici, quām laici de poſſeſſionibus, vel arboribus, quas pignori ha- bent, ſortem recepſint, deductis expenſis ad pu-

rē restituunda pignora canonice compelluntor.

Gener tamen speciali causa onerum matri- ^{16. Salu-}
monii fructus possessionum sibi à socero pro ^{briter.}
dote pigneratarum in sortem computare ne
tenetor.

At monasterium si terram aliquam pignoris ^{8. Conque-}
titulo detineat, & ita sortem recepsit: nisi terra ^{stus.}
de feudo ipsius monasterii siet, eandem purè
restituto.

Planè nedum monasterium, sed nec ullus ex ^{1. Plures.}
clero ullum usuræ genus exerceto. Alioqui (vt
diximus) ecclesiastico officio exauthorator. Et
ita qui possessione aliquam data pecunia in pi-
gnus accepsit, cum percepti fructu deductis ex-
pensis sortem æquabunt, eam restituto. Casus,
quo beneficium ecclesiæ de manu laici redimē-
dum erit, excipitor.

Denique super usura dispensari ne valet. ^{4. Super}
Nec quis etiam pro vita captiui redimenda usu- ^{eo.}
rarum criminis inuoluitur.

Atque adeo Iudæi quoque ad remitten- ^{12. Post}
das Christianis usurpas per potestates seculares ^{miserabi-}
compelluntor. Donec remissint, Christiani o- ^{lem.}
mnes per sententiam excom. eorum consortio
prorsus interdicuntur.

Itaque Iudæis qui graues usurpas à Christianis ^{18. Quæ-}
quocunque pretextu extorserint, donec satisfa-
xint, Christianorum societas subtrahitor. Ad id
Christiani per censuram ecclesiasticam adpellati.
remota compelluntur. ob id principes Christiani
infesti ne sunt. at potius Iudæos cohibéto.
qui & eadē pœna ad soluedas de possessionibus

De Vsuris.

suis debitas decumas, oblationēsve coguntor.

11. *Quām pernicio-* Alii manifesti vsurarii (maxumē si publicē vsuris renunciassint) cūm quis eos super vsuris conuenerit, nullius adpellationis subterfugio se tueri permittuntor.

12. *Quia frustra.* Quod si & vsurarius ipse literas apost. super restituundis vsuris, fructubusve in sortem computandis impetrasset: ni prius idem vsuras restituerit, quas ab aliis recepsit, effectu literarum caret.

17. *Mi- chael.* Immo & repetens vsuras, nisi à se vel etiam ab alio, à quo causam habeat, extortas restituerit, ne auditor.

9. *Tua.* Vsuriorum enim hæredes sui extranei've ad vsuras restituandas eadem qua defuncti, si viuerent, à quibus causam habent, distinctione coguntor.

3. *Quia in omnibus.* Quod si adhuc viuant vsurarii manifesti: ex decreto concilii generalis ad synaxin ne admittuntor, Christiana, si ita decessint, libitina carēto, eorum oblationes ne quis accipito. Qui accepsit, aut cum catholicis sepelierit, acceptum reddere cogitor, &, donec arbitrio episcopi satisfaxit, ab officio suspensus maneto.

5. *Cum tu* Hoc ita ampliator. Vsurarii, seu ante, seu post prædictum concilium vsuras extorsint, eas his, à queis accepsint, eorumve hæredibus restituerre huiusmodi pœnis coguntor. his non extantibus pauperibus eroganto. Hæc ita demum, si, vnde satisfaciant, habebūt, vera sunt. alioquin si non habebunt, paupertate excusantur. possessiones quæ de vsuris comparatae sunt vendun-

tor . earum precia iis , à quibus extortæ erunt
vſuræ , restituuntor.

Cæterū quoquā modo aliquos vſura- <sup>15. Cum
in diœcœsi.</sup>
rios esse manifestos constabit , iudex etiam nullo
adpārente adcuſatore pœnam à concilio indi-
ctam in eos exerceto.

Quinimo non obſtantē de non repetundis ^{13. Tuaſ.}
vſuris iuramento per debitores præſtitō iudex
ex officio vſurarios ad eas restituandas per cen.
eccl. adpella. remota compellito.

De crimine Falſi. Tit. 20.

F A L S V S testis deo , iudici , parti obnoxio ^{1. Falſidi}
Nedum autem qui mendacium deponit , sed ^{cus.}
& qui veritatem ſubticit , falſi reus eſſe intelle-
gitor. Hæc quoad teſtimoniu[m].

Circa ſigillum autem principis falſum com- ^{3. Ad}
mittentes clerici degradator , ollis character im- ^{audientia}
primito[r] , extorres eſſe iubentor.

In literis verò apost. qui per ſe , vel alios fal- ^{7. Ad}
ſum admifſint , cum fautoribus ſuis excom - ^{falsariorio}
municati ſunto , clerici officiis beneficiis pri-
uantor , degradantor , ſeculari potefſati tra-
duntor , per eam quoque laici legitimè pu-
niuntor . Qui autem tantum vſi fuerint , cle-
rici officiis beneficiis ſpoliantor , laici , donec
ſatisfaxint , excommunicati ſunto. Idcirco qui
literis apost . vti volet , eas priu[er]is diligenter ex-
aminato . nec , ſi cauſabitur ignorantiam , ex
pœnitentia impunis eſto . in his tamen & in
illis malicia grauiuſs quam neglegentia puni-

De Hæreticis.

tor. In his qui falsas literas impetrassint idem obseruator.

4. *Dura.* Itaque qui falsas fese literas habere cognoscantur. scit, illas intra dies 20. destruito, aut resignato.

Ea de re frequens excommunicationis sententia promulgator. quam qui incurrit, sine speciali R.o. Pont. mandato, præterquam in mortis articulo, ne absoluitor, præsumpta ab-solutio nulla esto.

5. *Licet.* Porrò falsitatis circa literas apost. multiplices species sunt. Ea (vt generaliter dicam) ex qualitate carthæ, bullæ, filive à cato indagatore deprehenditor.

6. *Quæcum
graui.* Item ex continentia, & dictamine dignoscitor. Exempli gratia: Literæ sub nomine Rom. Pontificis destinatae, in quibus episcopum filiu adpellat, aut vni scribens numero multitudinis vtitur, falsæ existuntantur.

7. *Super eo* Iudex autem quotiens scribta aliqua sub nomine R.o. pontificis destinata falsi redarguenda viderit, idem ne adhibeto, mā datum ne exequitor, præsentantem retineri facito.

8. *Accen-
dens.* In literis tamen simplicis iusticiæ falsum admississe ne quis facile præsumitor. & qui eo comperto illis vti destiterit ne punitor.

9. *Ex con-
scientia.* Sed & ex paucarum literarum rasura in loco non suspecto rescriptum falsum ne probator.

4. *Dura
in pris.* His omnibus vt obuiam eatur, nullus apud se dem apo. literas R.o. pontificis nisi ab eodem, ciuisse ad id commissis recipito. Si tamen sublimior erit persona: per internūcium prædicto modo recipere valeto. Qui secus faxit, laico

excommunicatio , clero officii & beneficij
suspensio pœna esto.

De sortilegiis. Tit. 21.

SOrte nullo modo furtæ requiruntur. Nemo ^{1. In tabu}
vspiam diuinationes obseruare præsumito. ^{lis.}
qui faxit dies quadraginta pœniteto.

Idcirco presbyter qui per inspectionē astro- ^{2. Extra-}
labii furtum etiam ecclesiæ factum requisierit, ^{rum.}
et si id se bono zelo , & ex simplicitate fecisse
proponet , grauissimum peccasse intellegitor . ab
altaris ministerio ad tempus iudicantis arbitrio
moderandum suspenditor.

Sed nec in electione prelati, ne quidem in cō- ^{3. Ecclesiæ}
promissariorum adsumptione, fors interuenito.

De conlusione detegunda. Tit. 22.

ADcusatore desistente iudex ne quid per cō ^{1. Scripta.}
lusionem fiat videto . de inlato crimen ex ^{2. Crimi-}
officio suo anquirito. ^{na.}

Itaque si quem per conlusionem absolutum ^{4. Intan-}
constiterit: absolutio, qui iterum anquiratur, ne ^{tum.}
obesto.

Nam & si quis non super cri mine, sed tātūm ^{3. Audi-}
super beneficio cum adue rsario conluserit : be- ^{uimus.}
neficio priuator.

De delectis puerorum. Tit. 23.

QVamuis impuberes omnia ferè delicta, ^{1. Pueris.}
præterquam venerea, admittere pos-

De cle. vena. & cle. percuss.

sient: in admissis tamen mitius quam adulti puniuntor.

2. Referē-
te. Sed & si quis impubes quempiam fortè casu
interfecerit: ne quis ideo multam à patre exigi-
to: consuetudo ne valeto.

De clericō venatore. Tit. 24.

2. Omni-
bus. Ecclesiasticæ personæ venatione, aucupiove
abstinentio.

1. Episco-
pum. Si perseuerabunt: episcopus tribus mensibus
à communione, presbyter duobus, diaconus ab
omni officio suspenditor.

De clericō percussore. Tit. 25.

1. Si quis. Clericus percussor conripitor. ni emendabit:
deponitor.

3. Presen-
tium. Quod si tantum in cōflictu fuerit, & lapides
fortè proiecerit: licet pro parte vim repellent-
ium steterit, nullumque ipse occiderit, si tamē
nonnulli ibi occisi erunt, ad tempus à sacruficio
abstineto. quo decurso admittitor.

4. Conti-
uentiam. Itaque si in minoribus ordinib⁹ constitutus
erit, & ad frugem melioris vitæ transierit: etiam
ad superiores promouetor.

2. Preter-
ea. Nendum autem percussor clericus punitor, sed
& is qui percuti iubet. Vnde & episcopus qui
quempiam fustibus crudeliter cedi iussit ad tem-
pus ab altari suspenditor.

Qui de summo pontificatu male dixerit ex-
emplari pœna punitor. 1. Inne-
tuit.

Quod si in deum , aut beatorum aliquem,
maxumè in magnam matrem debacchatus erit:
ita per episcopum punitor . Septem dominicis
diebus dum sacra peraguntur pro foribus eccle-
siæ catamidiator . vltimo dominico sine pallio,
& calceamentis existens corrigia circa collum
obligatus esto . sex præcedentibus feriis in pane
& aqua ieiunato . templum ne ingreditor . quo-
libet prædictorum dierum vnum , duos , treisve ,
si poterit , pauperes reficito . alioquin id in pœ-
nam aliam commutator . cui si non parebit : ei
ingressus ecclesiæ interdicitor . mortuus eccle-
siastica sepultura careto . Per temporalem por-
rò potestatem pro personæ qualitate pecunia-
riè multator . Hoc & inter cætera communita-
tum statuta describitor . 2. Statui-
mus.

De clero excommunicato , deposito , vel
interdicto ministrante . Tit. 27.

Clerici excommunicati diuina celebrantes
Omnibus ecclesiasticis beneficiis spoliantor . 6. Frater
nitati.

Si quis tamen excommunicatus , at excommu-
nicationis noticiam per solâ famam habens cele-
brarit : licet summo iure deponi debeat , miseri-
corditer cum eo dispensari valeto . 5. Illud.

Sin suspensionem ignorassit (nisi fortè cras-
fa , supina , aut erronea fuerit ignorantia) nec 9. Apo-
stolice.

De cler. excō. depo. vel int. minist.

dispensatione egeto.

3. Clerici. Alioquin clerici interdicti vel excommunicati ante absolutionem diuina celebrantes, ni moniti mox redierint, etiam perpetuo deposito.

7. Postu-
laſti. in
princ. Nam & clericis excommunicatis beneficia ne conferuntur. Conlata(ni misericorditer dispensatum erit) retinere ne valēto. Conlatores, si sc̄i ter faxint, donec veniam consequi mereantur, à conlatione beneficiorum suspenduntur.

8. Propo-
ſuit. Conlatio tamen ei facta, qui olim excommunicatus quidem fuit, at conlationis tempore absolutus, valeto.

10. Si ce-
lebrat. Sed & excommunicatus tantum minori si celebrat, quamvis peccet, inregularis tamen nesto, &, quamvis eligi non possit, eligere valeto & ea quae iurisdictionis sunt exercere. Si ecclesiastica sacramenta conferat : peccare quidem intellegitor, at conlata (modò ne in contemptum ecclesiastice disciplinæ contra prohibitionem superioris communioni excommunicatorum se ingesserit, ut anathemate feriri debeat) virtutis effectu ne carento.

7. θεμα. Qui autem in locis interdictis diuina officia celebrant, quamvis excommunicati sient, si tamen seculares erunt, etiam beneficiis priuātor. si monachi, vel moniales, in arctiora monasteria detruduntur.

1. Si quis At episcopus, presbyter, diaconusve depositus in ordine ministris ab ecclesia absconditor.

2. Si quis Et generaliter clericus exauthoratus, aut suspē presbyter. sus in ordine ministrans, conreptusque non de-

sistens excommunicator. Qui olli communicabit eandem pœnam incurrito. In clericis, laicis, fœminis idem obseruator, hæc qui contempserit (si nec episcopus emendare poterit) per secularem potestatem ad requisitionem ecclesiæ exilio damnator.

Si tamen in hoc ingens multitudo peccasit: 4. *Lato-*
hi qui causam dederint deponuntor, cæteri tem-*res.*
porariè suspenduntor, omnibus pœnitentia di-
scretè indicitor.

*De clero non ordinato mini-
strante. Tit. 28.*

Si quis nō ordinatus baptisauerit, diuinūmve 1. *Si quis.*
quod officium exercuerit: ab ecclesia abiici-
tor, nunquam ordinator.

Sin tantū diaconus missam celebrare præ- 2. *Ex li-
sumpserit: ad sacerdotiū ne promouetor, à dia- teris.
conatu ad tempus suspenditor, in beneficio ta-
men misericorditer relinquitor, at ei pœnitentia
indicitor. Prudentius autem si monasterium
ingredietur facito.*

*De clero per saltum promoto.
Tit. 29.*

Qui ignorans per saltum ex hypodiacono 1. *Tue.*
presbyter factus est, cum ob huiusmo-
di neglegentiam pœnituisse sit, in diaconū ordi-
nator, & ita in sacerdotio ministrare dispensati-
uē permittitor.

De eo qui ordinem furtive suscepit.

Tit. 30.

1. Veniens

2. Cum h.

*3. Inn9-
tuit.*

Qui furtim ordinem suscepit, si facientibus indicta erat excommunicatio, sine dispensatione R.O. Pontificis in suscepto ne ministrato, neve ad superiorem adscendito. Sin non erat: & episcopus, & abbas cum eo dispen-
fare valento.

*De excessibus prælatorum, & subdi-
torum. Tit. 31.*

De excessibus prælatorum.

*1. Perue-
nit.*

Prælati presbyteros humanè fouento. eos ne concutiūto, grauāto, sine iudicio capituli ne suspendūto, neve eorum ecclesias interdi-
cto subiiciunto, quempiam binas ecclesias, qua-
rum altera sufficiat, tenere ne permittunto, nec sine iudicario ordine excommunicanto. **Qui**
faxit ei exemplaris pœna esto.

*2. Inter
dilectos.*

Prælatus, qui prima conlatione inhabili facta non quassata secundam facere adtentauerit, ea-
vice potestate conferundi priuator, neutra au-
tem conlatio valeto.

*3. Tan-
taest.*

Prælatus, qui interdictum malignè violaue-
rit, potestate instituundi, delituundi, beneficia
conferundi, excommunicandi, interdicendi ip-
so facto priuatus esto. **Qui** ei in violatione ad-
fuerint pro modo delicti puniuntor.

*4. Ex iu-
teris.*

Prælatus cuius autoritate directe, vel indire-

Etè commissum erit homicidium officio sacerdotali & pontificali priuatus episcopatu cedito. ni cedere volet, remouetor.

Prælatus inferior ecclesiam suam alteri vnire 8. *Sicut sine episcopi consensu, quamuis accedat ad sensus metropolitani, ne valeto. si faxit: episcopus id infirmato.* Sicut enim episcopatus vnire, & alienæ potestati subiicere solius est Ro. pontificis, ita ad episcopum ecclesiarum suæ diœcœfios vnio & subiectio pertinet.

Episcopus tamen ecclesiæ à consuetudine 2. *Ad* & obsequio archidiaconorum liberas ne consti- *hec.* tuito. si factum erit: debitè conrigitor, emen- dator.

Sed & iidem archidiaconi in ecclesiæ arehi- 3. *Ad diaconatu suorum ne se autoritate propria aures.* intrudunto. Qui eas sic occupassint easdem di- mittente canonice coguntor. Illæ de personis idoneis ordinantor, illi debitè puniuntor.

Porrò si quid episcopi præter debitam obe- 5. *Sane.* dientiam ab abbatibus contra libertatem ordi- nis à Ro. pontifice indulta exegerint: his quo d petitur denegare autoritate apo. liberum esto.

Itaq; si, verbi gratia , numerum euectionum, 7. *Cum ad & personarum lateranensi concilio scitum, quū quorundā visitabunt, excedent, & pro eis prociationem exigent: ne obeditor. Si propter hoc in ecclesiæ, vel clericos aliqua sententia lata erit: ne tene- to.*

De matrimonialibus autem causis cognosce- 12. *Atre* re, publicas pœnitētias iniūgere, literas indulgē- *dentibas;*

De eo qui ord.furt.suscep.

tiarum concedere episcopalis dignitatis esto.
Ad ea nullus abbas (nisi fortè priua lege, aliáve
iusta causa se tuebitur) manum extendito.

13. Dile
ctus.

Cæterùm, quia de pœnitètia sermo incidit, sa
cerdos ad prodendum criminosum in pœnitèn
tia confessum à superioribus ne cogitor.

16. Nimir
iniqua.

Sed & prælati religiosorum confessiones eis
inuitis ne audiūto, pœnitètias ne iniūgunt, eu
charistiā ne exhibento. quam & in eorum ora
toriis reseruari permittunto. néve apud se sepe
liri fratres defunctos, aut eorum exequias cele
brari cogunto. Si quis decedentium fratum a
libi quām in eorum ecclesiis sepulturam eleger
it: funus primò apud se deferri, vt oblatio eo
rum vsubus cedat, ne compellunto. Eos campa
nam, ac cœmeterium habere, & quotiēs volēt,
celebrare sinunto. Certum numerum fratum,
sacerdotum, clericorum, laicorum, cereorum,
lampadarum, ac id genus ornamentorum arbit
rio suo ne taxāto. Residuum eorundem cereo
rum, cum adponentur noui, ab eisdem ne exi
gunt, nouos eorum sacerdotes primas missas
vbi elegerint celebrare sinunto. oblationes quæ
eis in quotidiani missis, vel aliàs quod eis in or
namentis, vel libris ecclesiasticis confertur ne
vendicanto.

17. Ni
mis prava

Maxumè autem fratres prædicatores, & mino
res ad synodos suas venire, ac suis constitutio
nibus subiacere ne cogunto, capitula, & scruti
nia in locis eorum pro his conrigundis facturos
se ne comminantor, fidelitatem iuratam à præ
latis eorum ne exigunto, eis, vt secum procedāt
ex leui

ex leui causa ne mandanto, beneficos eorum ne excommunicanto, ipsi simet fratribus excommunicationem, & à loco remotionem, ut eos impēriosē in obsequio retineant, ne minitantur, aut ad honorabiliora loca accedētes, eōsve ibidem recipientes excommunicanto, de hortis eorum decumas, aut de habitaculis redditus ne extorquento, prēlatos eisdem pro arbitrio ne p̄ficiunto.

Et subditorum.

S Vbditi singulareis in pr̄iudicium sui supe- 14. *Dile-*
rioris signa collegii ne habento , eīsve vtun- *cta.*
tor.

Subditus, qui prēlatum dominum suum con- 15. *gra-*
tra fidem datam negassit, vel in foro seculari de *ueni.*
spiritualibus rebus contra eum litem intentassit,
eūmve inuaserit, aut inuasoribus adfuerit, be-
neficio priuator.

Sic & vicarii qui personis fide & sacramento 6. *Illud.*
obligati erunt, si personatum sibi falsō adsumē-
tes contra personas se erexit, in iure confessi,
vel conuicti nullatenus de cætero in eo episco-
patu ad officii sui exequitionem admittuntur.

Clericus, qui de criminē publicē gloriatus 9. *Quām*
erit, ab officio beneficio suspenditor. *fit.*

Qui contra naturam incontinentes deprehē- 4. *Clerici.*
si erunt, si clerici, à clero deiiciuntur, vel poenitentia ergō in monasteria detruduntur, fin laici, excommunicantur.

De noui operis nunciatione. Tit. 32.

3. *Significantibus.* **I**S qui nouum opus nunciauit, si volt, intra trimestre de iure suo doceto, interim ab opere cessorator, alioquin recepta cautione operis demolundi statim ædificari permittito.

4. *Is cui.* **P**ost noui autem operis nunciationem etiam ecclesia ædificata, quicquidve in ecclesia ædificatum erit expensis conseruantis destrutor, iniuncto. demolitor.

De priuilegiis, & excessibus primi-legiatorum. Tit. 33.

4. *Dilecti.* **A**Liena priuilegia qui violat suis ipse priuari meretor.

3. *Cum & plantare.* **I**taque religiosi etiam exempti ecclesiastici, & decumas de manu laicorum sine dicecesanorum consensu ne recipiunto. si quas recepsint: dimittunt.

Excommunicatos quoque & nominatim interdictos tamenquam alii iuxta episcoporum sententiā excommunicati. in ecclesiis pleno iure ad eos non pertinentibus instituundos episcopis praesentato, quos inconsultis episcopis ne destituunto. a rationem temporalium ab eis exigunto.

Ad interdictam ecclesiam si venerint: non nisi semel in anno ad ecclesiasticū officium admittuntur. nec tunc ibi defunctorum corpora sepeliuntur.

Confratres eorum qui non omnino se eis devouere ab ordinariorū potestate ne eximuntur.

Hæc illi obseruāto. Alioquin ecclesiæ in quibus contrà p̄sūp̄sint interdicto subiacento, & quod secus faxint in ritum esto.

Hospitalarii quoque qui pro legendis elemo- ^{11. T̄barū.}
synis falsos cruce signatos mittunt exhortatio-
nis officio interdicuntor. Missi si laici erūt: ex-
communicantor. si clerici: officio beneficio nō
obstante priuilegio vel adpellatione suspendun-
tor. Qui in polluta ecclesia ante reconciliationē
celebrabunt eadem pœna puniuntor. Presbyte-
ri ab episcopis suis suspensi, & per dictos fratres
ad officia sua restituti in eandem sententiam re-
ducuntor. Benefici eorum, qui nō se ad eos omni-
nino transtulerint, exempti à dicēcesano ne fun-
to.

Vnde quandiu huiusmodi fratres in domu- ^{32. Quidā}
bus suis moram traxint, ad episcopalia iura te-
nentor.

Immo & exemptus à dicēcesano ratione cer- ^{16. Cum ea}
tæ ecclesiæ, si alteram ecclesiam habet, ratione *pella.*
eius ecclesiæ dicēcesano subiaceto.

Denique per priuilegium exemptionis mo- ^{17. Ex ore}
nasterio concessæ membra ex eo dependentia
exempta ne censentor.

Quid quod religiosi, queis à sede apo. concef- ^{19. Pafon-}
sum erit, vt ecclesiæ suas possint in proprios
v̄sus conuortere, decendentibus earum personis
earundem possessionem authoritate episcopi,
non propria(nī) priuilegio nominatim aliter cau-
tum fiet) ingrediuntur.

In oratoriis autem priuatis religiosi etiam exē- ^{18. Patens}
pti campanas ne habento. si faxint: per episcopū *tibns.*

De priu. & excess. priuili.

censura canonica cohercentor.

1. Ad hæc. Idem si excommunicatos in cœmeterio sepelient: eos extumulanto. ni facient: hoc episcopus facito.

24. Ut priuilegia. Quod si priuilegium eis indultum erit, vt possint interdicti tempore confratres suos sepelire: de iis confratribus, qui licet in seculo mancant, mutato tamen habitu seculari se illis obtulerint, vel de iis qui bona sua retento vſufructu eisdem dederint, intellegitor. Sed & si illis indultum erit, vt ad interdictum locum venientibus aperiatur ecclesiæ, vt ibidem celebrent: in singulis locis singulæ tantum ecclesiæ aperiuntur.

25. Quod nonnullis. Hodie simili priuilegio omnes episcopi gaudent. hi enim tempore communis interdicti, si prohibiti non erunt, nec in colpa, excommunicatis & interdictis expulsis, ianuisque clusis, nolis non pulsatis, in furuo diuina celebranto.

26. Peti- Itis. Si is, propter cuius delictum positum erit interdictum, illud non seruabit: alii nihilominus seruare tenentur. Sin is non seruabit cuius in favorem latum erit: secus esto.

Et hæc de interdicto.

27. Quan- to. Priuilegiati vt ab ordinariis excommunicari non possint indirecte ne excommunicantur. Itaque in communicantes eisdem excommunicatio ne profertur. qui faxint debitè castigator.

28. Quo- niam. Priuilegium tamen huiusmodi monasterio collatum vt non possint eius monachi excommunicari de monachis existentibus in monasterio, vel ad ecclesiæ utroque iure sibi subiectas de-

stinatis intellegitor.

Priuilegiati verò ut vbique cum altari viatico ^{30. In his.} divina celebrare possint hoc etiam sine prælatorum licentia possunto.

Alioquin priuilegia regulariter ex tenore in- ^{7. Porro.} dicantur. secundum hūc exactè seruantor, me- tæ ne transiliuntur.

Itaque solutio census anni quam ecclesia a- ^{8. Recepit-} postolicæ sedi facit exemptionem ne statim ar- ^{mus.} guito. Nam si ad iudicium perceptæ libertatis foluitur; exempta esto. si ad iudicium perceptæ protectionis: ne esto.

Nam & clerici, laicive tametsi se cum omni- ^{18. Ex-} bus rebus suis in protectionem apostolicam re- ^{parte ii.} ceptos per literas doceant, eius ergo exempti ne sunto.

Denique ne quis quod sedes apo. alicui certa ^{9. Sane.} ratione inspecta singulari beneficio indulxit si- bi sua authoritate præsumito.

Ecclesia dupli priuilegio exemptionis mu- ^{14. Cum} nita licet ex vno allegato succumbat, ad alte- ^{olim. it.} rum tamen allegandum restitui valeto. quod si probarit: obtineto. & iam ad professionem fide- litatis diœcesano ne tenetor. Virtute tamen ex- punctionis absque eiusdem diœcesani licentia ec- clesiam in loco non exempto ne construito. Si factum erit: episcopali iuri cum fructibus me- dii temporis addicitor.

Cæterum contenta in priuilegio deperdito ^{12. Cum} per testes de eius tenore deponentes probantur. ^{olim. s.} tuncque priuilegii tenor talis esse, qualis in de- positionibus describitur, decernitor.

De priuilegiis & excessib. priui.

13. Ex parte
te. s.
29. Quia
intentionis.
31. Dudum.

33. Consul-
tationi.
22. Quia
circa.

6. Si de ter-
ra.

15. Ace-
dentiibus.

23. Anti-
qua.

Nam & innovatio priuilegii ius nouum ne tribueto, sed antiquum conseruare duntaxat intellegitor.

Immo quod plus est priuilegium de decumis noualium non soluendis decumas noualiū tempore impetrati priuilegii à tertio possessas, si non expressim cautum fiet, ne comprehendito.

Sanè quoad priuilegium retentionis decumæ semel nouale semper nouale intellegitor.

Sic & priuilegium remissionis episcopalium decumarum per episcopū monasterio indultū nedum ad decumas terrarū illius temporis quo concessum est, sed & ad futuri porrigitur.

Huiusmodi tamen super non solutione decumarū priuilegiati non utentes priuilegio triginta annorū spatio renunciasse priuilegio intelleguntur.

Hodie ecclesia minore annorū spatio quam quadragenario priuilegium per non usum ne amittito.

In priuilegiis ecclesiarum post Romanam Constantinopolitana primum, Alexandrina sequentem, tertium Antiochena, Hierosolimitana quartum locum obtinente. Propriā cuilibet dignitas seruator. harum antistites, quum à Ro. Pót. pallium acceperint, ipsi & suis suffraganeis pallium largiuntur, professionem fidelitatis pro se, & Ro. ecclesia recipiunt. Crucē ante se ubique, nisi Romæ, & alibi in praesentia Romani Pont. eiusve legati insigniis apostolicæ dignitatis uteris deferri faciunto. In omnibus prouinciis eorum jurisdictioni subditis ad eos, cum necessum erit, prouocator, saluis tamen adpellationibus se-

dē apo.interpositis, queis ab omnibus defortor.

Quod ad cæteras ecclesiæ spectat, priuilegiū ^{1. Episcop-}
sedis episcopalnis non nisi maioribus, & populo- ^{palia.}
sis ciuitatibus tribuitor.

Parisiis, quamvis populoſe ciuitati, vicinissive ^{2. Super}
locis in priuilegium & fauorem sacrarum lite- ^{Specula.}
rarum ne quis ius ciuile docere, vel audire præ-
sumito . qui secus faxit à causarum patrocinis
excluditor, per episcopum excommunicator.

Alioquin priuilegia laicorū in iudiciis ecclæ- ^{2. Sicut.}
fia ne turbato. Illis tamē ecclesiæ præiudicati-
bus moderatè resistito, violētōſque coherceto.

Econtra priuilegio clericali insigniti, qui sine ^{2. Ex}
habitu, & tonsura, laico more viuentes in deli- ^{parte. iii.}
cto comprehensi erunt, si à laico iudice punian-
tur, ecclesia e quanamiter tolerato.

De purgatione canonica. Tit. 34.

Episcopus parochianum suum infamatum ^{6. Nos in-}
adclusatore & testibus deficientibus, nisi ab ^{ter.}
eo adpellabitur, ad purgationem cogito.

Talis diffamatus adclusatorem non habens ter ^{2. Si quis}
tiō ab episcopo canonicè monitus si non emen ^{presbyter.}
dabit: ab officio, donec condignè satisfaxit, su-
spendor.

Ingenius seu nobilis in synodo diffamatus si ^{1. Nobilitas}
crimen negabit, & fidelis erit: duodecima inge-
nuorū manu purgator. Sin antea in criminē de-
prensus fuit: olli tanquam non ingenuo purga-
tio indicitor.

Sed & episcopus, si de crimine infamabitur, cō ^{5. Quoties}
uincia autē non possiet, purgare se certa hominū
sui ordinis, & abbatum compurgatorum manu

De purg. cano.

cogitor. Purgatio autem huiusmodi esto. Ipse se non fecisse, purgatores verò se existumare hunc verum dicere iuranto.

12. *Cū in* Si tamen infamia non ex probabilibus *conuentu* *tute* iecturis ortum habebit: non nisi volenti & re quirenti indicitor.

14. *Ac-* Deniq; super defectu quoque natalium inf a cedens. matus, antequam ad sacros promoueatur, pur gator.

3. *Monia les.* Quid quod & moniales, si libidinis adcuse n tur, & conuinci non possint, canonice purgan tor.

4. *Si quis de gradu.* Si clericus alienę sponsę raptui sese consensif se prodiderit: ab officio repellitor. Sin tantum suspicione laborabit: canonice purgator.

15. *Cum dilectis.* Nam ita demum si notorium crimen non erit purgatio indicitor. Sin erit: condēnatio promulgator. Porro quādiu coram delegato summi Pont. super aliquo crimine causa pendebit, ordinarius purgationem ne iniungito. Si recepta erit: ne valeto.

10. *Inter sollicitudines.* Per eundem autem ordinarium diffamatus de maximo criminе, donec se purgarit, nedum ab officio, sed & à beneficio suspendi valeto. Ob id ipsum numerus compurgatorum augetor. & quamuis legitima purgatio prælita erit, nihilo minus donec scandalum sopiaitur purgatus ab officio abstinet. Sin in purgatione succubuerit: officio & beneficio exauthorat⁹ in arctū mo nasterium ad agendam pœnitentiā detruditor.

16. *Ac cepimus.* Quod in succumbente diximus ita tempera tor. Prælatus, exempli gratia, cui de criminibus

infamato indicta est purgatio, iurare se nunquam inlata crimina, maxumè lapsum carnis, admisisse ne cogitor. Sanè & iuramentum huiusmodi quod ab his criminibus immunis siet, etiam si præstare volet, ne recipitor sed, quod ea crimina post promotionem suam non patrassit, iurato.

Compurgatores autem, ut diximus, de credulitate tantum iurare tenentor. 13. Detestibus.

Hi fide digni adsumuntor, purgandum noscunto, per iudicem ne deterrentor, vel deterretri permittuntor. deficiens in purgatione, ut sèpe dictum est, officio beneficio priuator.

Itaque qui quempiam purgaturi sunt perso- 11. Cum dilectis.
næ vicinæ & honestæ sunt.

Quod de purgatorum fide dictum est ita ex- 9. Conscientia.
auditor. Si ab ecclesia tolerentur, & in suis ordinibus ministrantes bonæ famæ sient, nec in iudicio de crimine dñates fuerint: absque maiore indagine admittuntor.

Porrò absolutio super purgatione volgari fa- 8. Extensus.
cta ne teneto. Ea non obstatæ ad accusator, si probabit, admittitor. quo non ad parente canonica purgatio indicitor.

De Purgatione volgari. Tit. 35.

IT A Q V E generaliter purgatio volgaris seu 1. Cura.
ferri candardis, seu duelli, aut alia in ecclesia 2. Significans.
prohibetur. 3. Dilectis.

De Iniuriis & damno da-
to. Tit. 36.

7. Olim. **S**i quis populus episcopum fortè relegauerit, seu, ut dicūt, bannuerit: olli pro iniuria banni in expensas, & damna iuxta iuramentum eiusdem præviæ tamen taxatione condemnator.

8. In no-
stra. Cæterū expensarum, & damnorum re-
stauratio alia atque alia esto. Vnde statutum, seu
iuramentum super damnis non repetundis ad
expensas ne porrigitur.

9. Si culpa. De damno autem tenetor si colpa tua, impe-
ritia, seu ignorantia supina, neglegentiāve inro-
gatum erit, aut si aliis inrogantibus cœpem tulisti,
aut occasionem damni duisti, nisi fortè, vt
non accideret, nihil de contingentibus obmisisti.
Item si animal tuum pauperiem faxit, ni de-
dere noxæ voles, quod ipsum tamen, si ferū ani-
mal erit, nocere solitum, & diligentiam non ad-
hibuisti, ne liceto.

4. Si lafe-
rit. Horum hæc exempla sunt. Si dimiserit
quis iumentum suum vt depascat aliena, & læ-
serit agrum vel vineam: damni æstimationem
restituto.

3. Si bos. Si bos alienus ab hesterno die aut nudiuster-
tius cornupeta fuerit, & eum dominus ciuius non
custodierit: bouem pro bove reddito, at cada-
uer integrum accipito.

2. Si quis
aperuerit. Si quis cisternam aperuerit, nec operuerit, &
in eam bos, vel asinus ceciderit: cisternæ do-
minus pretium iumenti reddito, mortuum au-
tem eius esto.

Si egressus ignis fruges comprehendenterit: qui ^{5. Si eges}
succedit ^{sus.} damnum redditio.

Si quis domum, vel aream sciens prudens in ^{6. Si quis}
cenderit: sublata & incensa omnia restituito, an ^{domum.}
nos treis pœniteto.

Si qui rixati fuerint, & alter alterum percussit: ^{1. Si rixa-}
rit: olli operas, & impēsas in medicos restituito. ^{ti.}

De Pœnis. Tit. 37.

IN causis pecuniariis victus victori (ni pro ab- ^{4. Calum-}
sente sententia feretur) pro temeritatis pœna ^{niam.}
in expensas condemnator.

Litigator autem temere aduersus assertionem ^{11. Dile-}
iudicis prorumpens arbitrio superioris dignè ^{ctus.}
punito.

In conuentionalibus autem pœnis hæc ser-
uantor.

Pœnam conuentionalem vtrinque promissam, ^{7. Consi-}
fi vterque contrahentium aduersus contractum ^{titus.}
venerit, neuter petere valeto.

Sed & ecclesiasticae personæ alii ecclesiasti- ^{9. Nam.}
cis ad certam quantitatatem certa die soluendam
sub pœna obligatæ si intra terminum maiorem
partem soluerint, vt tantum modicum quid de-
fit: eo soluto à pœna liberantur.

In criminalibus autem hæc posita sunt.

Quæ sæpe admittuntur peccata sæpe pu- ^{1. Ea quo}
niuntor.

Pro quibus cōrigūdis prelati pœnā pecuniariā ^{3. Licet,}
ne extorquēto, psonāsve p annua exactione su-
pendunto, aut ecclesias interdicunto. Sic nec

De Pœnis.

denarios à vicariis, ut eos in ecclesiis cātare permittant, exigunt. hæc & talia qui præsumplint censura eccl. cohercentor.

2. Presbyteri. Si tamen cum interfectori presbyteri transactum erit: compositio partim episcopo, partim ecclesiæ cui præfuit addicitor.

10. Ad auores. Occidentes autem prælatum feudis, & beneficiis quæ ab ecclesia habebant priuantor, nec eis, eorumve hæredibus restituuntor, seu de novo alia conferuntor.

12. In quibusdam. Itaque patroni, aduocati, vicedomini plus quam iura permittunt in ecclesiis sibi vendicantes censura eccl. cohercentor. Quod si & prælatum, vel clericum ecclesiæ per se, vel alios occiderint, mutilauerint: quod habent ab ecclesia perdunto. de iis nihil ad hæredes peruenito. hi ad quartam usque genesin in conlegium clericorum ne admittuntor, néve in monasteriis præficiuntor.

13. Graue. Sic & qui diu in excommunicatione mansit, cum hæresecos suspectus fiet, ut iuri pareat, monetor. ni faxit: ecclesiæ, in quibus ius aliquod habet, ab eius debito absoluuntor. fideles eius, quamdiu in excommunicatione persistiterit, ab eius fidelitatis iuramento penitus absoluti denunciantor.

8. Super hu. Clericus verò, qui ob id tantum, quod variauerat, & vacillauerat, captus & detentus fuit, infamiam ne incurrito.

6. Tunc. Sin in latrociniis, vel aliis magnis sceleribus deprensus erit: à suis ordinibus degradatus in arctū monasteriū ad agendā pœnitentiā detruditor.

Sed & si cōfilio, auxilio, vel fauore conflictui s. Quod
operam dederit sacerdos: pœna depositio esto. *in dubiis.*

*De Pœnitentiis, & Remissio-
nibus. Tit. 38.*

De Pœnitentiis.

QVILIBET capax semel in anno proprio 12. *Omnis*
sacerdoti, alterive de eius licentia debite
confiteri, iniunctam pœnitentiam adim-
plere, & eucharistiā in paschatis recipere co-
gitor. Circa quem sacerdos prudenter se habe-
to, anquirit, consulito. Eum verbo, signo, aliāl-
ve ne prodiro. Si faxit: deponitor, & in monaste-
rium perpetuō pœniturus detruditor.

Episcopi autem, superiores alii, ac minores 16. *Nepro*
prælati si exempti erunt sine licentia superioris *dilatatione.*
elégere sibi confessarium valento.

Quod ad abbatissas pertinet, monialium cō- 10. *Nostra*
fessionem audire, vt & eas benedicere, prædica-
réve ne præsumunto.

Quod ad medicos spectat, illi ab infirmis ac- 13. *Cum*
citi eos protinus ad confitendum inducunto. *infirmitas*
qui secus faxint donec satisfaxint ingressu ec-
clesiæ arcentor. Sed nec eis quicquam pro salu-
te corporis quod pugnet animę salutis sub pœna
anathematis persuadento. Adeo animę morien-
tium ratio habetur.

Nam & tempore generalis interdicti morien- 11. *Quod*
tibus pœnitentia, & synaxis ne negator. Cleri- *in te,*
cis quoque qui interdictum seruansint morien-

De Pœnitentiis.

tibus ecclesiastica sepultura, absque tamen vllis folenibus, conceditor. Eodem tempore in co-
uertualibus ecclesiis clerici bini, trinive, clam, ex-
clusis excludendis, & submissè horas legunto.
Planè cruce signatis, ac peregrinis, quum postu-
labunt, pœnitentia iniungitor.

1. *Mani- festa.* Manifesta peccata conrectione occulta ne purgantor.

7. *Quesi- tum.* At occultis peccatoribus, veluti sacerdotibus, studiosé neglegéti bus grauior quidem quam laicis, at non publica pœnitentia imponitor, sed & ab altaris officio perpetuò abstinento. Si incuria factum erit, & itidē occultum : arbitria quoque indicitor, verùm ab officio dūtaxat ad tempus abstinento.

5. *Q nod* Pœnitentia eius, qui confitendo adserit se ab- quidam. stinere non posse, quamvis non vera recipitor, at ei salubre consilium, & crebræ admonitio- nes exhibentur.

9. *Officij.* Sed & mulieris confessio, quæ, ne mariti hæ- reditas aliis cederet, sibi se partum callidè sub- posuisse ait, licet viro rem aperire nolit, quemadmodum & eius, quæ se ex adulterio prolem suscepisse fatetur, ne refutator. Ei competens satisfactio discretè iniungitor.

3. *Signifi- canit.* Ei, qui se, quamvis suam, & ecclesiæ liberta- tem defendendo, modum excessisse timet, con- sideratis facti circumstantiis arbitraria pœnitentia discretè indicitor. per eam ne is, vel alii ab obsequio ecclesiæ reuocentur, cauetor.

8. *Deus- qui.* Sic & qui neochristianis pœnitentiam in-

dicit, eam iuxta pœnitentis contritionem, personam, admissum, & id genus peristases prudenter arbitrator. Eos paulatim in fide instruito, exomologeos formam, dominicam orationem, & symbolum diligenter edoceto, consuetis festiuitatibus, ut & in mortis articulo, synaxis eis tribuito.

Eius verò qui presbyterum occiderit duodecim annorum pœnitentia esto. Coniunctus vñ presbyterum que ad extreum vitę diem militię cingulo caro, absque spe coniugii maneto.

Quod si aliqui huiusmodi pœnitentium teneantur ex pœnitentia aliquot diebus in pane & aqua ieiunare: deficiente pane aliis cibariis, modò non ad delicias, sed ad sustentationem, vtuntor.

Et Remissionibus.

REMISSIONES seu indulgentiae quæ per prælatos conceduntur non nisi subditis prosunto.

Indulgentiarum autem quæstores sine apostolicis vel dicæsanorum literis ne admittuntur. & tunc nil præter id quod in eisdem continentur proponunto. modesti sunt locis inhonestis, & sumptuosis expensis abstinentio. ne falsæ religionis habitu gestent cauento. Porrò indulgentiae in dedicatione basilicæ ultra annum, in anniuersario dedicationis ultra quadraginta dies ne conceduntur. Sed & quæ pro aliis quibuscumque causis concedentur ad morem apo-

2. Quod

presbyterum.

6. Licet.

ex eo.

Cum

De Sententia excommun.

stolicarum intra eum terminum consistunto.

15. *Nostro* Itaque etiam quas per prouinciam suam concedet Archiepiscopus eū modum ne excedūto.

De Sententia excommunicatio-nis. Tit. 39.

NV N C de excommunicatione extremo ecclesiæ remedio tractator. in qua hoc primū theorema esto.

48. *Sacro* Nullus aliquem, nisi canonica monitione premissa, & testibus præsentibus, excommunicato. Qui secus faxit, etiam si iusta fuerit excommunicandi occasio, ingressu ecclesiæ per mensem interdictus esto, & alia, si opus sit, pœna multator. Sed nec ad id absque manifesta & rationabili causa procedito. alioquin grauatus superiorem adito, qui eum, si fieri potest, ad excommunicatorem absoluendum amandato. Si non potest: recepta cautione absoluito, excommunicatorem ad id quod interest iniustè excommunicato condemnato, & aliàs pro colpa punito. Sin perperam conquestus erit excommunicatus: nisi probabilis error excusat, pro superioris quoque arbitrio punitor. & super eo pro quo excōmunicatus est satisfacere recepta cautione compellitor, aut usque ad satisfactionem in pristinā sententiam reducitor. Quod si iudex errorem agnoscēs sententiā reuocare paratus est, pars autē adpellat: ne deferto. Si tamen talis error siet de quo merito dubitari possiet: non nisi recepta cautione excommunicatum absoluito, & ita præscribatæ

prescribtae pœnae eximitur. At, ne dolo malo in alterius damnum errorem mentiatur, caueto.

Quod si ab episcopo excommunicatus ad 40. Per Metropolitanum adpellat, sequē post legitime interpositam adpellationem excommunicatum, vel in forma excommunicationis intolerabilem errorem patenter expressum proponit: ad intentionem suam probandam, etiam si absolutionem non petat, admittitor. interim tamen, donec de ea constabit, in aliis cuitator. Sin aliud proponet: non nisi prius absolutus auditor. Quod si à Metropolitanō absoluī petet: is eum absoluito. Si tamen suffraganeo deferre volt: olli, vt mox diximus, absoluendum remittito. qui nisi facere volet, eum canonice absoluito, causam auditio, terminato. Verū si eum suffraganeus pro manifesto excessu excommunicasit (ni requisitus absolutionem maliciose denegabit) Metropolitanus ne absoluito.

Alioquin regulariter cum de viribus sententiæ dubitatur absolutio ad cautelam præstito solemni iuramento conceditor.

Excommunicatus enim vel suspensus non nisi iuramento præstito absoluitor. Si tamen ad iurandum induci non possit: consideratis locorum & temporum peristisibus feueritati detrahitor, & is cum simplici seu manuali promissione recipitor.

Nam & R.o ecclesiæ, quotiens literis absolucionem excommunicati delegat, clausulam præstandæ cautionis parendi mandatis ecclesiæ in-

De sententia excommunic.

serere mos esto.

10. *Ex te-* Itaque exempli gratia qui pro violenta in cle-
nore. ricum manuū injectione excommunicatus ab-
soluitur, ei, ne deinceps in clericū, monachum,
conuorsum tale quid admittat (nisi se defen-
dendo, aut de mandato superioris, aut ratione
prælationis, aut magisterii, aut societatis) sub
virtute iuramenti præcipitor.

27. *Cum*
pro causa Quod si erit duplici ex causa excommunicata: si alteram tantum in literis absolutionis ex-
presserit, excommunicatus maneto, & pro alte-
ra ecclesiæ satisfacere cogitor.

42. *Offi-* Sic & si quis propter plureis excessus à pluri-
cij. bus prælati suis excommunicatus vnum tātūm
adeat cui satisfacere vult: ei veritatem subpri-
menti absolutio subrepta ne prodesto. Idcirco
rem intelligens eum ne absoluto. Is ut prius vi-
tator,

59. *Sicut.* Generaliter enim donec de absolutione legi-
timè docuerit excommunicatus semper vita-
tor.

41. *Si ali-* Sed nec si R.o. pontifex excommunicatum à
quando. sede apo. literis suis salutabit eum idcirco absolu-
uisse probator, ideoque adhuc vitator.

27. *A* In cæteris prælati à R.o. pontifice hoc serua-
nobiss. tor. Quantumuis generaliter lata excommuni-
catio solos subditos proferentis (nisi plus con-
tulerit de elegantis authoritas) ligato.

59. *Si que* Excommunicatio autem ita simpliciter lata
de maiori exauditor.

55. *Si con-* Denique si concubinæ publicæ clerici-
cubina. rum excommunicentur: clerici quoque post la-

tam sententia eis in crimen participantes ea-
dem excommunicatione id est maiore obstri-
cti sunt.

Qui enim excommunicato scienter in cri- 29. *Ita.*
mine communicat simpliciter excommunicata *In secū.*
tus esto. ab excommunicante, si commodè
possiet, idque cum iuramento, absoluitor.
Sin extra crimen communicatus, vt in ora-
tione, osculo, conuictu: certè, cum minore
tantum excommunicatus siet, à simplici facer-
dote etiam sine iuramento soluitor.

In ea hoc seruator. Potestas duobus conla- 56. *Duo-*
ta vt se ab excommunicatione minore, si eam *bns.*
incurrerint, inuicem absoluant utroque excom-
municato ne exspirato.

Item, vt ad maiorem redeamus, clerici, qui 18. *Signis*
excommunicatis à Rom. pont. scienter & spon- *ficauit.*
te participassint, eosve in officiis recepsint, ea-
dem cum eis excommunicatione inuoluuntur.
Ad sedem apost. cum diœcesani literis absol-
tiendi allegantur.

Generaliter enim omnes etiam priuilegiati 8. *Nulli.*
excommunicatos vitare tenentur. sicut & si
manus ipsis violentas in clericos iniecerint ut
excommunicati vitantur.

Vnde si quem in canonem incidisse publi- 15. *Cam-*
ca fama erit: illi, ni se arbitrio episcopi purga- *desideres.*
rit, aut ad cautelam absolutus fuerit, nec epi- *De pœ.*
scopus, nec alius communicato. *Secundæ.*

Immo licet iamiam ecclesiæ mandato *In prin-*
stare iurassit, antequam reapse absolutus

De Sententia excommunicis.

siet ne communicator.

30. **Qnod.** Et si cum clero verberato composuerit verberator, ni tamen ecclesiæ quam offendit satisfaxit, ei ne communicator.

30. **Qnod.** Excommunicato ergo, licet ecclesiæ mandato stare iurarit, donec absolutus erit, ne communicator.

31. **Inter alia.** Ei sanè nullus præter personas à Gregorio nullius, cū exceptas communicare tenetor, alias excommunicator. Immo si excommunicatus cum particibus suis innodatus erit, communicās quoque simpliciter excommunicatus esto.

31. **Inter alia.** Quod autem diximus ut nullus præter personas constitutione Gregoriana exceptas communicare teneatur ita exauditor. Qui prius erant excommunicato ad obsequium familiare obligati illi communicare tenentor, reliqui, nisi urgente necessitate ne tenentor. At utriusque in eo cuius ergo excommunicatus quis est, puta in crimen, ne communicanto.

34. **Si re.** Si quis verò operas suas tibi locarit, eique partem mercedis solueris, quem postea excommunicatum esse noris, nec is ad satisfaciendum petendámve absolutionem induci poterit: tu in exigendis operis cum eo communicare valeto. Nam et impunè debitum ab excommunicato exigitor, recipitor.

41. **Respo.** Fortiori ratione excōmunicatis et interdictis verbū dei liberè prædictor. Immo generalis interdicti tempore sicut baptismus, sic & cōfirmatio licetē conceditor.

57. **Permittimus.** Quid quod ecclesiarum ministris semel in

hebdomade interdicti tempore nolis non pulsatis, submissa voce, clusis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis missam causa conficiūdæ Eucharistiae morientibus non negandæ celebrare permittitor.

Atque adeo predicatores, maxime si alias sustentari non possint, eleemosynas ab excommunicatis & aliis aliena bona detinētibus licet recipiunto.

Sed & qui excōmunicato in iis quæ ad absolutionem vel aliàs ad animæ salutem pertinēt in loquutione participat, licet alia verba incidēter, ut apud eum magis proficiat, interponat, excōmunicatus ne esto.

His casibus exceptis qui quempiam nō euicitur, sicut & qui non præmonuerit, excommunicationem ei ne obiicito.

Quinimo excommunicatus propter participationem cum excommunicato, quamvis cum postea aueretur & expugnet, antequam tamen reapse absolutus erit, pro absoluto ne habetur. Si priùs etiam in huiusmodi expugnatione morietur: oblationes pro eo ne recipiuntur, néve orator. Certè si de viuentis pœnitentia per euidentia signa constiterit: defunctus absoluitor.

Mortuus enim excommunicatus, quantumcumque pœnitens decesserit, pro absoluto ab ecclesia ne habetur. At si in moriente pœnitentiæ signa adparuerint: etiam post mortem ab eo à quo inter viuos absoluendus erat canonica forma absoluitor. hæredes, ut pro eo satisfaciant, canonica censura coguntor.

De sententia excommunic.

44. In-
quisitio-
ni.
Quod si alter coniugum debitum reddere
sub pœna anathematis iussus fiet, & impedi-
mentum matrimonii certò sciat: debitum certe
ne reddito, excommunicationem potius pati-
tor. Sin tantum credat: si leui & temeraria cre-
dulitate, ea deposita consilio pastoris debitum
reddito, exigito. Si verò probabili & discreta,
quamvis non euideti & manifesta: debitum qui-
dem reddito, at ne exigito.

q. Nō du-
biūm.
Nunc de excommunicatis à canone traçta-
tor. Itaque qui violentas manus in clericos, ca-
nonicos, aut cuiuslibet religionis conuorsos in-
iiciunt excōmunicati sunt. ab alio quām à Ro.
pontifice non nisi morientes soluuntur.

5. Mulie-
res.
6. Deux. fi.
Nedum autem qui percussit, sed & qui au-
thoritatem præstiterit, mandauitve in cano-
nem incidito.

47. Quā
te.
Immo quoad violentam manuum in clericos
iniectionem facientes & consentientes pari pœ-
na plectútor. Qui enim manifesto facinori, cum
possunt, desinunt obuiare, delinquentibus fa-
uere intelleguntur.

7. Porro.
Denique qui tale quid faxit, etiam si delictum
occultum erit, ab alio quām à Ro. pontifice sine
eius mandato ne absoluitor.

14. Cum
nō ab ho-
mine in
prin.
Vnde qui in canonem incidit, licet necdum
denūciatus, ni occultus fiet, vitator. Nam si oc-
cultus: priuatim solūm à te vitator.

9. Paro-
chianos.
Alioquin diœcesani parochianos suos, qui
in monachos, vel conuorsos violentas manus
iniecerint, sublata adpellatione excommuni-

catos nuncianto, &, donec lēsis satisfaxint,
& Rom. Pontifici se præsentassint, vitari fa-
ciunto.

Clerici autem, qui ei, quem offendent, sa- 36. Con-
tisfacere volent, ne corpora sua, quamuis ^{tingit.}
mos patrius erit, percussionibus sponte sub-
ponunto. Canon enim non tam in fauorem
clericī quām cleri promulgatus esto. qui secus
faxit excommunicator. Cæterūm iniuriam pa-
so competenter satisfacito.

Porrò qui in canonem incidit, licet ei, cui 58. Quā-
inrogata est iniuria, satisfaxit, non tamen ali-^{us.}
ter quām per Rom. Pontificem, eiūsve le-
gatum absoluitor. At mortis articulus, infir-
mitas, inimicitiæ, inopia, puerilis, & senilis
ætas, sexus fragilitas, aliavē corporis impo-
tentia, denique quodlibet canonicum impedi-
mentum excipiuntor. Qui tamen temporario
laborabunt impedimento, demptis pueris, illis,
vt eo cessante sedem apost. adeant, sub debito
iuramenti iniungitor.

Pueros non immeritò excipimus. Cum 60. Pue-
enim ob defectum ætatis, in quo admissus fuit ^{rīs.}
excessus, temperandus siet rigor, eos, si in
canonem inciderint, seu ante, seu post pu-
bertatem absolui postulent, episcopus ab-
soluito.

Serui verò qui in clericum manus iniece- 37. Rela-
rint violentas sedem apost. absoluendi adeuento. ^{tum.}
Si tamen hoc in fraudem dominorum faxint,
aut insontes domini huius peregrinationis causa

De Sententia excommunic.

graue damnum incident, & excessus enormis non erit: per episcopum absoluuntor. at in compensationem laboris, quem subituri erant, alia eis satisfactio indicitor.

24. *Vni-* Prælatus quoque faciens etiam disciplinæ *perfistatis*. causa clericum per laicum percuti cum laico excommunicatus esto. uterque absolutionem à Ro. antistite quærito.

29 *Nuper in prin.* Nam & detinens clericum in publica priuatae custodia, etiam sine læsione, vel in vincula detrudens excommunicatus esto.

35. *Vt fa-* Prælati tamen clericos inconrigibileis qui in monasteriis tutè detineri non poterūt, cum canonice condemnati erunt, arctæ custodię mancipari faciunto. Sed & eos laici ex prælatorum mandato citra metum excommunicationis ad iudicium violenter, si opus sit, trahunto. violentia tamen non amplius, quam defensio, vel clericorum rebellio exiget, se extendito.

25. *In au-* Denique clerici qui relicto habitu clericali arma tractantes à prælatis suis tertium communiti ea non deposuerint, si iniuriam acceperint, priuilegio clericorum ne iuuantur.

45. *Con-* Itaque si tales tria monitione contempta se *tingit.* non emendassint: immunitatis, que pro clericorum tutela, & laicorum coercenda violentia instituta est, extorres sunt.

14. *Cū nō ab homine* Vnde qui clericum occiderit contempto clericali habitu saeuis se immiscentem in canotheux. si nem ne incidito. olli tamen paulò durior, quam si laicum occidisset, pœnitentia indicitor.

Et qui sacerdotem interfecerint cum armis 23. *Perpet
dimiss.*
seditionem facientem, & iniuriam inferentem,
sedem apo. absolutionis ergo adire ne cogitor.
dices fanus pro meritis personarum competen-
tem illis pœnitentiam iniungito.

Nam & qui clericum nutrientem comam per- 4. *Si re-
cussit, modò clericum ignorassit, in canonē ne
rō. ii.*
incidito. Ignorantiam autem, si dubia erit, iura-
mento probato, quod ni præstare volet, interim
ut excommunicatus vitator.

Sacerdos quoq; regularē diuina turbantē extra 16. *Veniēs
ecclesiam vi eiiciens excommunicatus ne esto,
nec vitator.*

Si qui enim officiū in ecclesia habentes, aliive
seniores clerci zelo deuotionis pueros, aut a-
dultos in minoribus ordinibus constitutos diui-
na turbates, vel prælati, magistrive subditos, vel
scholares conrectio[n]is gratia leuiter percussint:
excommunicati ne sunt. De iis qui familiares
suos, aut propinquos conrexint idem esto.

Itaque nedum impubes qui clericum percus- 1. *Super
serit, sed etiam pubes qui ioco, disciplinēve gra-
tia, ad sedem apo. ne mittitor, sin ex odio, ito.*

Planè hostiarius qui clericum nō grauiter vol-
nerassit per episcopum absoluitor. Officialis
autem qui sciens prudens in clericum manus
iniecit Rō. pontificem adito. Qui verò vim vi
repellendo clericum percutit nec excommuni-
catus esto. Qui in eum cum vxore, matre, soro-
re, filia turpiter inuentum manus violentas mi-
serit Rō. pontificem adire ne compellitor. Sin
cum remotiore: immunis ne esto.

De sententia excommunic.

2. Monachi. Monachi canonicive regulareis si se inuicem in clauſtro percussint: Romam ne mittuntur, abbatis disciplinæ subduntor. ni sufficiet: episcopi prouidentia adhibetur.

50. Canonii. Hoc ipsum & ad fratres hospitalis Hierosolymitani extenditor. quos prior eoru, qui presbyter esse debet, ni maioris prouidentia requiranda siet, absoluto.

32. Cum illorum. Quod si excommunicatus à canone sciens ordinis receperit, & secularis est: deponitor. Sin facti vel iuris ignorantia: cum eo solus Ro. episcopus dispensato. At si clauſtralis id ipsum faxit, & sciens: ab exequutione suscepti ordinis suspendor. Alioquin abbas cum eo (ni graue factum erit, aut qui faxit adeo adultus & discretus erit, vt probabilis non siet ignorantia) dispensato. Nam & tales, cùm scilicet excessus eorum enomis non est, modò ne in episcopum, abbatem, clericumve secularēm violēta manu iniecta sit, prælati proprij absoluunto. Sed & si clauſtralis in alterius clauſtri regularem manum immiserit: per abbatem proprium & eius qui iniuriam passus est absoluitor.

33. De monialibus. Moniales autem, si vel inuicem, vel in conuorsos, conuorsasve suas, aut clericos manus iniecerint, per episcopum absoluuntor.

6. Mulieres, in primis. Cæteræ quoque mulieres, aliive non sui iuris si clericum percussint, per episcopum absoluuntor. Sed & si qui delicatores erunt, vt ad sedem apost. iter facere non valeant: hoc Ro. pontifici intimator. hi secundum eius consilium de commisso conriguntur,

In summa: mulieres, senes, infirmi, mutilati à 13. Ea no-
canone excommunicati, cum parti satisfaxint, scitur.
per episcopum absolui valento. Infirmis tamen,
vt restituti valetudini Romanam ecclesiam e-
iusve legatum adeant, iniungitor. Alii seu paupe-
res, seu diuites illuc accedunto.

Sed & si quis à canone excommunicatus ob 11. De ce-
capitaleis inimicitias aliaſve iustas causas ab iti-
nere excusetur: hunc episcopus absoluito, at ei,
vt impedimento cessante mox Rom. præfulem
adeat, sub juramento iniungito.

Et generaliter excommunicatus à canone qui 26. Quod
curiam adire non potest excusator, at oportuni- de his.
tate concessa adito.

Eos tamen qui in canonem inciderint legati 20. Ad
quoque à latere etiam absque speciali mandato eminentiā
liberè absoluunto.

Immo & de iis absoluendis qui clericis non e- 17. Perue-
normem sed leuem iniuriam inrogarunt episco nit
pi arbitrio committitor.

Alioquin qui temerarias manus in clericos in- 19. Tua
icerint, vt & incendiarii post publicationem nos.
ad sedem apo. absoluendi mittuntor.

Sed & qui ecclesiæ effregerint, spolarint ex- 22. Contra
communicati nunciantor. donec satisfaxint, & queſti.
cum diœcesani literis Ro. pontificem adierint,
vitantor.

Item qui statuta contra libertatem ecclesiæ 49. No-
facta seruari fecerint, vt & hæretici omnes fau- merit.
toréſve eorū ni ea de capituloſibꝫ que vocat in-
tra trimestre deleri curēt, necnō statutarii, scrib-
tores, potestates, consules, rectores, & consiliarii

De verborum significacione.

locorum vbi statuta huiusmodi deinceps edita fuerint, & qui secundum ea iudicare presumfint, vel in publicam formam scribere, excommunicati sunt.

53. Graue Sed & iidem statutarii clientelis seu feudis, si quæ ab ecclesia tenent, priuati nunciantor.

De verborum significacione.

Tit. 40.

6. Intelligētia. Intellegentia dictorum ex causis dicendi adsumitor. Nec enim sermoni res, sed rei sermo subiicitur.

8. Propter. Idcirco si quid interpretandum erit: non verbum ex verbo, sed sensus ex sensu transfertur.

7. Nihil. Cæterum vbi eadem dicuntur narrandi diuersitas nihil obesto.

Nunc ad particularem vocum significacionē descenditor.

2. Nam & res. Et primum quidem in literis sacris patrū appellione adscendentibus omnes exaudiuntur.

3. Nam & ego. Ibidem is etiam quæ frater præcessit, qui mox natus mortuus est, vnigenitus accipitor.

5. Ioseph. Primogenitus autem apud Mathéum, nō quæ fratres sequuntur, sed qui primò fuit natus, esto.

4. Quod dicitur. Apud eūdem vox (ANTEQVAM CONVENTIRENT) non eos postea cōuenisse, sed quod factum non sit ostendito.

10. Forum. Forum (vt ad secularia descendamus) locus exercitarum litium esto, & à fando, aut Foroneo rege dicitur, idque causa, lege, iudicio constato. Causa, quæ à casu descendit, indisclusi negotiū

materia adpellator. quę dū proponitur, causa, dū discutitur, iudiciū, dum finitur, iusticia esto. Iudiciū quasi iuris dictio, iusticia quasi iuris status vocation. Iudicium autē olim inquisitionē vocatū indubiū esto. vnde & prēpositi iudiciorū quę stores seu quæsidores dicti existumant. Negotium modò actum alicuius rei, modò causæ actionem, seu iurgium litis significato. Negotiation autem ad commercia refertor. Iurgiū quasi iuris garrium, lis à limitis contentionē nomen sumito.

Lis autem mota vbi primūm contestata fuerit accipitor.

Causa argumento aut probatione constatō. Argumentum, quod quasi argutè inuentū dicitur, in investigatione, probatio autem in testibus & tabulis consistitō. In omni negocio iudex, accusator, reus, testes quarerunt. Iudex quasi ius dicens, seu iure disceptans dicitor. Iure discep-
tare iustè iudicare esto.

Ius enim à iustè possidendo dicitor. Nā quod iustè hoc iure possidet. hoc autem iustè quod bene, quod verò malè alienum esto. Sed & qui vel suis malè vtitur, vel aliena præsumit, is malè possidet.

Adcisor quasi causator, reus à re quæ peti-
tur nūcupator. Testes antiquis superstites, quod super statu causæ producerentur, dicti funto. hi conditione, natura, vita considerantur.

Pactum inter partes conueniens scribtura legibus ac moribus comprobata, quasi ex pace factum, dicitor.

^{30. Ex parte si.}

^{10.}

^{θεμα.}

^{Causa.}

^{12. Tis di-}

^{ctum est.}

^{θεμα.}

^{Accusa-}

^{tor.}

^{11. Paetum.}

De verborum significatione.

9. *Quamvis.* Quamvis omnes qui præsunt rite præpositū vocētur, vſu tamen hī qui quandam super alios prioratus curam gerunt præpositi dicuntor.

1. *Innonda-* Nouale ager nūc primū proscissus adpellator.
le. Itaque licet aliās nouale terra sit exarata quæ

21. *Quid per nouale* anno cessat, apud nos tamen, cum de indulgen-
tia super noualibus piis locis à summis pontifi-
cibus concessa tractatur, nouale ager de nouo ad
cultum redactus, quem aliquando cultum fu-
sse non exstat hominum memoria, quique priūs
nullum parocho, vel modicum fructum adfere-
bat, intellegitor.

13. *Causa carpenſis.* Oblationes, quæ cunque de propriis & licitis
rebus à fidelibus ecclesiæ offeruntur, adpellator.

29. *Cum inter.* Idcirco quæ cunque ad ecclesiā, aut ad facer
dotis domum certis festis manūm ergō mittun-
tur, portantur, quæ in ceimilio ponuntur, quæ
ante crucem, & in missa trinitatis, aut pro despō
satis dantur, item lampades cum oleo quæ offe-
runtur, quæ vñuncio traduntur qui per eccle-
siæ parochiam ad talia recipienda destinatur,
sed & primitiæ, decumæ, mortuaria, quæque pro
septimis trigensimis, anpiuersariis obueniunt, pa-
nes quoque, legatavē pia defunctorum oblatio-
num nomine continentor.

31. *Ex par* Super quibus piis defunctorum legatis si quid
et. iii. fortè legatus scisciat, veluti tertiam partem epi-
scopo dari: certè de ornamentis ecclesiasticis, de
luminaribus, de iis quæ in reparationē fabricæ,
quæve pro anniversario, septimo, trigensimo, vi-
gensimo faciundis dantur, aut quæ personis spe-
cialiter (præterquam si intuitu ecclesiæ) legan-

tur, ne intellegitor.

Si verò summus pont. alicui absenti canonico ^{16. Olin.} præbendum quod tantum residentibus de com-
muni confertur, sicut vni ex aliis, de communib-
us prouentibus, & manualia beneficia dari ma-
det: eius mens, vt præbendum quod tantum re-
sidentibus in vietu & vestitu de communi con-
fertur plenè ei sicut vni ex aliis residentibus con-
feratur, esto. Nam & principum beneficia largis
sumam interpretationem accipiunto.

Vnde si idem pont. alicui episcopo ad luenda ^{32. Tua.}
forte sua debita indulserit, vt fructus beneficio-
rum in diœcesi sua vacaturorum ad tempus reti-
neat: generali beneficiorum nomine præbenda
quoque & alia maiora beneficia continentor.

Item si episcopo indulserit, vt ordinatio rerū ^{18. Cū tibi}
clericorum intestatō decedentium in eius dispo-
sitione permaneat: clericorum adpellatione etiā
canonici comprehenduntur.

Si autem delegatis scriberit, vt canonicorū & ^{33. Trans-}
præbendorū alicuius ecclesiæ statutum numerū ^{misse.}
iuxta facultates ecclesiæ moderentur: modera-
tionis verbū deminutionem non incrementum
contineto. Et quamuis à tempore statuti nume-
ri oppidō auctæ sint facultates, numerū in anti-
quo statu dimittuto, augmentū in utilitatē eccl-
esiæ, donec delegas aliter disposuerit, cōvertuto.

Sed & si alicui reo indulserit, qui propter ab- ^{28. Dile-}
fentiā actoris possessionem recuperare non po- ^{cto.}
test, vt ei lapsus anni nō obſit: hoc sine præaudi-
cio iuris alieni iam quæſiti quærendive, & ita se-
cundūm ius commune exauditor.

De verborum significacione.

25. *Abbate.* Alioquin verba priuilegiorum ita semper exaudiuntur, vt aliquid primum & speciale adferant, vt denique non obscura vel captiosa, sed certa & manifesta sient. Vnde si quid Ro. pontifex aliquibus indulserit iuxta, seu secundum præteriti temporis morem: adiectio hæc causatiue, quod vocant, non conditionaliter accipitor.
17. *Cū in partibus.* Quod si aliquibus indulserit, vt cum generale interdictum terræ fuerit, eis liceat ianuis clusis, exclusis excommunicatis & interdictis, nolis nō pulsatis, subpressa voce diuina celebrare: certè nomine terræ nedum regnum, vel prouincia, sed & castrum, & villa intellegitor.
22. *Venerabili.* Matricis autem ecclesiæ nomine cathedralis non Romana significator.
19. *Cum clericis.* Quod si quis ecclesiæ & prælato obedire iurabit: ecclesiæ adpellatione non totius diœcesis cleris, sed capitulum cathedralis ecclesiæ denotator. Is tamen, qui ita iurabit, episcopo, tāquam capiti, principaliter obligator.
27. *Nouis.* Quod autem dicitur clericum per ecclesiasticum iudicem degradatum seculari tradi curiæ puniendum, hoc ita exauditor. Is qui capital id est graue crimen admiserit ab ecclesiastico foro per sententiam proiicitor, eius degradatio præsente seculari potestate celebrator, cui mox, vt eum in forum suum recipiat, pronunciator, pro eo tamen, vt citra necem circa cum sententiā moderetur, ecclesia interuenito.
15. *In his.* Porro iudex cùm sententiam dicet quamuis condemnationis, vel absolutionis verbo non vultatur, sed statuendi, & pronunciandi, quia tamen hæc

hæc rem perfectam indicant, & cum effectu nō verbo tenuis accipiuntur, sententia valeto. Non enim verba, sed voluntas consideratur.

Vnde si cui comiti legatus in mandatis due-
rit, ut de se conquerentibus secundūm eius al-
teriusve legati, seu iudicis ordinarii, vel delegati arbitrium iusticiam exhibeat: is in omni causa *fi.*
26. Super quibusdā.
quæ ratione personarum, rerūmve ad ecclesiasticum forum pertinet, ac super vniuersis capitulis pro pace seruanda per legatum scitis, vel per sedem apo. sciscendis, item viduis, pupillis, orphanis, miserabilibus personis in iudicio ecclasiastico respondere tenetor.

Præterea si eidem pedagia, quæ vocant, guida-
gia, salinaria interdixerit: ea esse quæ non ad-
parent imperatorum, regum, cōciliive Latera-
nensis autoritate concessa, vel ex immemoria-
li consuetudine introducta, intelleguntur.
Ita pœ.
Præterea.

Si denique manifestos hæreticos extermina-
re mandasset: hi, qui cōtra catholicam fidem po-
blicè prædicant, errorēmve profitentur, seu de-
fendunt, vel qui corā prælatis suis hæreses con-
tiicti, confessi, aut sententia damnati sunt, hære-
tici manifesti sunt.

Nam & offensa, quæ vel confessione nota est,
vel probatione, vel euidentia rei quæ nulla ter-
giuersatione celari possit, ea manifesta dicitor.
24. Cum olim.

Offensa autem si manifesta est censura ecclæ-
siastica ratione eius promulgata (ni priūs suffi-
cientis præstetur emenda) ne relaxator. Sin dubia,
vel si pro contumacia lata siet: cautione standi
iuri præstita remittitor.
23. Ex parte s.

De Reg.iuris

20. Quæ Censuræ autem ecclesiasticæ vocabulo non solù
renti. interdicti, sed & suspensionis, & excommuni-
cationis sententia venito. At catus iudex pro re-
rum, & personarum circumstantiis quam magis
expedire viderit fert.

14. Quæ Sic pro consuetudine loci festum Mathiæ in
siunt. anno bissextili seruator. quicquid sit tamen
Beata. ubique vigilia festo continuator, in qua, ni do-
minicus erit dies, iejunium celebrator.

In prin. Et, quia res ecclesiasticas tractamus, hoc ad-
ditor. Quamuis de inducundis in vngendo in-
firmo præsbyteris scribunt sicut sacerdos ta-
men cum clero vel etiam solus vngere valeto.

De regulis iuris. Tit. 41.

H Vius tituli capita, quod nihil inter se com-
mune habeant, non transposuimus, sed sin-
gula ad singulos titulos reduximus.

Ad tit.de Consue.

1. Omnis Per quascunque causas quodlibet nascitur per
res. easdem dissolutor.

Tit.de presumpti.

2. Estote. Quæ dubium est, quo animo fiant, ea in melio-
rem partem accipiuntur. De manifestis autem
quæ non possunt bene agier iudicare liceto.

Tit. de hære.

Vtliūs scandalum nasci, quām veritas relin- 3. *Qui sc̄d
qui permittitor.* *daliſane-
rit.*

Tit. de fer.

Quod lege non licet necessitate licitum esto. 4. *Quod
non est.*

Tit. de confus.

Quod clam, vi, inlicitè introductum est nulla 5. *Quod
ſtabilitate ſubſtituto.* *latenter.*

Tit. de pæn.

In iudiciis à quæſtionibus ne occipitor.

6. *Cum in
contempla-
tione.*

Tit. de Raptō.

Quicquid in ſacratis deo rebus, personis vē pec- 7. *Quæ
catur, vt sacrilegium existumator.* *multoties.*

Tit. de vita & hone. cleri.

Qui quid timore facit, cum non vt debet fa- 8. *Qui ex
ciat, facere ne dicitor.* *timore.*

Tit. de pænitē. & Remiff.

Offendens in vno omnium reus esto.

9. *Defeat.*

De reg. iuris

Tit. de cleri. non residen.

io. Quare Si lupus inscio pastore oues deuoratis ne ex-
mis. cusator.

Tit. de simo.

vi. Indi- Nemo pro spiritualibus homagium, quod vo
gnum. cant, facere cogitor.

F I N I S.


Errata sic corrigito.

- Fol. 7. pag. 2. nn. 36. in mar. Bone. ij.
 Fol. 18. pag. 1. li. 5. Susceptorum
 Fol. 22. pag. 2. li. II. cam.
 Ibid. nu. 8. ls. 3. suum.
 Fol. 26. pag. 2. nu. 10. li. 2. sitis.
 Fol. 32. pag. 2. nu. 28. in mar. pastoralis. θεμαχ. fi.
 Fol. 33. pag. 2. nu. 36. li. 7. absoluist.
 Fol. 34. pag. 2. li. pen. proprio.
 Fol. 36. pag. 1. nu. 3. in mar. Cum ab
 Fol. 57. pag. 2. ls. 8. in marg. adde 2.
 Fol. 58. pag. 2. nu. 8. ls. 5. andscium.
 Fol. 60. pag. 2. li. 4. capitale.
 Fol. 65. pag. 2. nu. 5. li. 5. adulterinum
 Fol. 66. pag. 2. nu. 56. li. 2. in criminibus
 Fol. 71. pag. 2. nu. 5. li. pen. audientēque
 Fol. 77. pag. 1. li. 5. repugnans
 Fol. 84. pag. 2. nu. 5. ls. 1. autophorus.
 Fol. 95. pag. 2. nu. 6. li. pen. spoliante.
 Fol. 97. pag. 1. nu. 11. in mar. Ex tue.
 Fol. 101. pag. 2. nu. 3. in mar. lege. 13. & nu. 15. leg. cū nō ignorece
 Fol. 110. pag. 1. li. pen. agitor. adiice puncētum.
 Fol. 115. pag. 1. nu. 4. li. 3. inficians
 Fol. 116. pag. 2. nu. 8. in mar. Inter dilectos.
 Fol. 120. pag. 2. nu. 3. ls. 4. At si qui.
 Fol. 123. pag. 1. nu. 26. li. 13. cam.
 Fol. 130. pag. 1. nu. 8. li. 5. erit)
 Fol. 137. pag. 2. ls. 15. priuantor.
 Fol. 138. pag. 2. ls. 25. ad marg. 9. Ne nimia.
 Fol. 146. pag. 1. li. 13. ad marg. 6. Cum apostolus
 Fol. 147. pag. 1. nu. 10. ls. 3. protinus
 Fol. 148. pag. 1. li. i profecto,
 Fol. 153. pag. 2. nu. 3. in mar. Indicatum.
 Fol. 157. pag. 1. li. 2. adfectu.
 Fol. 160. pag. e. nu. 9. ls. 3. habiturum,
 Fol. 159. pag. 1. nu. 14. li. 2. etatem.

112

Fol.160.pag.2.mr.1.li.1.in furio.
Fol.165.pag.2.mr.5.li.3.ad fines
Fol.166.pag.1.mr.3.li.2.consilio.
Fol.167.pag.2.li.1.decido.
Fol.173.pag.1.mr.25.in marg.Quidam.
Fol.184.pag.2.mr.1.Clericus monomachus,
Fol.189.pag.1.li.antep. De delictis.





Fol. 160 pag. 2. nu. 1. li. 1. in furuo.
Fol. 165 pag. 2. nu. 5. li. 3. ad fines
Fol. 166 pag. 1. nu. 3. li. 2. consilio
Fol. 167 pag. 2. li. 1. decidito.
Fol. 173 pag. 1. nu. 2. 5. in marg. Quidam.
Fol. 184 pag. 2. nu. 1. Clericus monomachus,
Fol. 189 pag. 1. li. antep. De delictis.



iter in fl. gal
ut ut. Hid
ut magnū n
ubri signa leg
pucif amiss

li eque
em pati
sim ho
onū ap
lyt p

gredie. relet
praelong. rōm
re refreti pot
Afronue. 53
ance operant

